TRANSVM-TVM MEMORIA-LIS IN CAVSA PII EREMITÆ, ET

Martyris Raimundi Lulli, quæ nũc Romæ vertitur corã Sanctiſsimo, per Admodum Reverendum *Fr.* Iohannem Riera, Seraphici Ordinis Franciſcani Theologum, & Regni *B*alearium Syndicum, in Romana Curia hanc cauſam agẽtem.





Palmæ Balearium, apud Gabrielem Guaſp. 1627.

Exurge, & intende judicio meo, Deus meus,



& Dominus meus, in causam meam. Psal. 34.

ILLVSTRISSIMIS, AC REVERENDISSIMIS D.D. PRESBYTERIS

S. R. Ecclesiæ Cardinalibus, in universa Rep. Christiana adversus Hęreticam pravitatem Generalibus Inquisitoribus, à Săcta Sede Apostolica specialiter deputatis, Consules Iurati totius Regni Balearium

S. P. D.

AT, ô sacrorum quicquid in Cælo regit
Terras, & humanum genus;
Quid, iste fert tumultus? & quid, omnium
Vultus in unum me truces?



ICEAT enim versibus iisdem Pio nostro Eremitæ affari vos (Illustrissimi Principes) quibus affatur Cæli, terrarum, humaniq; generis Rectores puer ille (quem olim apud Lyricum Vatem, Canidia famula sub terra defoderant mento tenus, fame necandum) subinde Rectores eosdem obtestans, ut, tamquam afflictarum causarum æquissimi Iudices, immeritum ipsum, Horat. Epod. V. Vers. 1. 2. 3. 4.

ab

ab opprimentium manibus eruerent. En, Illuſtriſsimi Principes, ſanam Venerabilis Raimundi Lulli mentem, hoc ultimo Memoriali, multò quàm anteà planius, ex ipſius archetypis hauſtam, maximè ſuper iis Propoſitionibus, quas nuper in eius libris deſignati Cenſores notârant. En, recentium calumniarum, ab Bzovio, Ianſenioq; profectarum, multiplicationem, vera ac cumulata Reſponſione repenſam. En, veterũ Eimerici jam depulſarum iterationem, & auxeſim pluſquam nimiam, pari carbone notatam. Bone Deus, ſi neque Lulli Catholica mens ignorari; neque adverſantium deprehenſæ calumniæ latêre poſſunt: ſi luſtrata ſunt; ſi erupêre jam omnia: quid eſt, Maiores Eccleſiæ Patres, quod amplius expectetis? Quis finis ſtandi? Quo nos decet uſque tenêri? Dignetur ergo Sanctiſsima Veſtra Congregatio, cuius è nutu pendet laborantium clientum ſalus; jubêre, pro data ſibi divinitùs poteſtate, tandem ut conſtans huius cauſæ tamdiu ad Lydium lapidem explorata, æquitas, veſtris ſublevata ſententiis, lucem aſpiciat. Homines enim Dei vicem gerentes, ad Deum nulla re propiùs accedunt (ut Veterum Cic. pro Q. Ligar. Strabo. x. *Sapientia agnovit) quàm, ſalutẽ hominibus dando. Valete, Eccleſiæ Illuſtriſsimi Principes. Palmæ Balearium, Kalẽdis Ianuariis, Ann. Nativitatis Domini.* 1627.

D. Raimundus de Veri, Ordinis Militaris.
Franciſcus Morell, civis Militaris.
Petrus Georgius Armengual, civis Militaris.
Iohannes Antonius Caſelles, Mercatorii Ordinis.
Petrus Onuphrius Socies, Mercatorii Ordinis.
Antonius Pellicer, Fabrilis Ordinis.

Conſules Iurati Regni Maioricarum.

Ad

Ad Benignum Lectorem brevis admonitio.

BENIGNE Lector, quia Memorialis huius authori non licuit, ob temporis, & loci distantiam, adesse Typographo; ne tam multis (nec contemnendis) scateret erratis: enixè te rogat, ut, antequam ad ipsum oculis perlustrandum accedas; errata quæ jam observata subsecuntur; emendare minimè graveris: quò, legitimè ferre possis de toto opere sincerum, verùmq; judicium. Vale.

Errata, ante omnia corrigenda.


Pag. 4. textu. 1. ver. 3. fidei, fides.
Ibidem, ver. 25. sinu, sum.
Ibidem. ver. 35. objecto, objectio.
pag. 5. ver. 19. alium, altum.
pag. 7. ver. 38. & 40 quid quid. aliquid quod.
Ibidem ver. 42. & 43. quid, aliquid.
pag. 8. Assert. 1. ver. 7 creatione, ratione.
pag. 10. Assert. 5. ver. 5. recipiantur, respiciantur.
Ibidem, ver. 9. questiones, quæstiones.
pag. 11. in Titulo, Sanctum, Sanctum esse.
pag. 22. ver. 12. seguudo, secundo.
pag. 23. Propositione 3. ver. 3. & secundus &c, secundus.
pag. 24. Enodatione 4. ver. 3. partis, patris.
pag. 26. prpositio, propositio. Ver. 27. ni, in.
pag. 27. propositione 11. ver. 5. homo homo, & alius alius homo.
Ibidem, Enodatione 11. ver. ultimo, non est absoluté, non absolute.
pag. 29. Enodatione 13. ver. 16. ei ibidem, & ibidem.
Ibidẽ, proposit. 14. ver. 1. essentia, essentiæ.
pag. 30. ver. 6. dicitut, dicitur.
Ibidẽ, propositione 16. ver. 6. intellectus, intellectivus.
pag. 31. 18. Nod. ver. 1. iudicare, indicare.
Ibidem, dare, dari.
pag. 34. ver. 4. communier, communiter.
pag. 35. ver. 20. memenco, memento.
pag. 36. ver. 18. prr, per.
pag. 38. ver 7. iu, in.
Ibidem, ver. 40. transmatari, transmutari.
Ibidẽ, tex. 3. ver. 3. recipere, & recipere.
pap. 39. ver. 13. dimitteer, dimittere.
Ibidem, ver. 16. convetsa, conversa.
pag. 40. ver. 2. in utraque, in utramque.
Ibidẽ, numer. 9. ultimo. maneret, manent.
pag. 41. numero 13. fuerunt, fuerat.
pag. 43. tex. 3. Enodatione. ver. ultimo. propræsenti, propriis.
Ibidem, ver. 27. uaturaliter, naturaliter.
pag. 44. ver. 34. esl, est.
pag. 45. tex. 10. Enodatione. ver. 7. quantitatis, quantitati.
pag. 46. ver. 7. substantiæ, subsistentiæ.
Ibidẽ, ver. 12. substantiam, subsistentiam.
Ibidem, vers. antepenultimo: est ubique. non est ubique.
pag. 48. propositione 7. ver. 3. appositum, appetitum.
pag. 52. propositione 11. ver. 2. beatorum, brutorum.
pag. 53. propositione 13. ver. 3, non haberet. non habebat.
pag. 55. ver. antepenultimo. affectũ, affatum.
pag. 58. Enodatione 7. ver. 2. super, seu per.
pag. 60. ver. 30. qtı, qui.
pag. 64. Enodat. ver. 2. ex supra, est supra.
pag. 70. ver. 18. ignorati, iguorari. Ver. 36. Quarta, Sexta.
pag. 71. Enod. 8. ver. 2. peccatoris, peccatores.
pag. 72. ver. 1. accepta, acceptare.
pag. 74. ver. 25. correctione, correctioni.
pag. 79. ver. 26, Quæsio, Quæstio.
pag. 80. Respon. ad, 15. vers. 2. dicitur non, non dicitur.
pag. 81. tex. 22. ver. 2. in tres, in res.
pag. 82. respon. ad 37. ver. 9. mundatum, mundatam.
pag. 87. ver. 1. voluntariè, voluntariè prætermisso.
Ibidem, ver. 8. pro, pro negativo.
pag. 88. Responsi. ad 64. ver. 4. datus, datus mundus.
Ibidem, ver. 26. vel 31. existentis, excitantis.
pag. 92. ver. 3. fiant, sint.
Ibidem, Respon. ver. 1. Quia, Qui.
pag. 96. ver. 13. ciitus. citius.
Ibidem, Respon. ver. 6. Quia, Qua.
pag. 98. ver. 2. naturalificat, naturificat.

Ibidem

Ibidem. Solutio. ver. 2. id est, ratio qua bonũ bonificat: sunt etiã verba textus.
pag. 100. ver. 2. pacificare, possificare.
pag. 101. ver. 2. & in æternitate, & in æternare.
Ibidẽ, Respõ. ver. 3. producere, procedere.
Ibidem, versu pænultimo. quæstione, quæstione. 6.
pag. 103. tex. 13. ver. 2. pro, 1. parte. 1.
Ibidẽ, Respon. ad 16. ver. 3. indistinctivè, distinctivè.
pag. 105. ver. 11. & Arbor, Arbor.
pag. 106. Respõ. ad 23. ver. 2. fuisset, fugisset.
pag. 112. Respon. ad 40. ver. 6. substantiæ, subsistentiæ.
pag. 113. ver. 3. 5. 6. 13. 17. 21. 25. 30. concordia, concordantia.
Ibidem, Respon. ad 43. ver. 8. substantiæ, subsistentiæ.
pag. 116. tex. 54. ver. 2. est, est eius.
pag. 117. ver. 5. alia, animalia.
Ibidem, ver. 12. & propterea, usque ad ett. sunt etiam verba textus.
pag. 118. Respon. ad 58. ver. 9. citandas, citandos.
pag. 121. ver. 1. cum, a, cum qua.
Ibidem, ver. 21. ô gratiam, ô gratia.
pag. 122. ver. 24. indictis, indutis.
pag. 123. ver. 7. textu, textus.
pag. 125. Respon. ad 83. ver. 2. alimentum, augmentum.
pag. 128. ver. 24. subjungaretur, subjungeretur.
pag. 129. ver. 24. hastenus, hactenus.
pag. 135. ver. 21. ipsum, ipsam.
pag. 130. ver. 8. & 9. in margine nota illa 2. Eimerici, Assertio. demittatur infrà ante versum 16.
pag. 141. ver. 8. inminis, Criminis.
Ibidem, ver. 15. quarti. quarto.
pag. 142. ver. 10. deleatur præpositio de.
Ibidem, ver. 14. idem, iidem.
Ibidem, ver. ultimo. laiciniis, lasciviis.
Ibidem, ver. 16. exortitur, exoritur.
pag. 143. ver. 18. lætali, lethali.
pag. 144. 12. Bzou. ver. 7. dicto, edicto.
Ibidem, ver. 31. flaminis, flaminis.
Ibidem, ver. 21. strueruntur, struerentur.
pag. 146. Respon. ad 1. ver. 3. phantasticum, phanaticum.
pag. 147. ver. 42. Arianimis, Arianismis.
pag. 148. ver. 5. babylonium, Babylonicum.
Ibidẽ, ver. 12. impositium, impostitium.
pag. 155. ver. 17. Bzovij, Bzovius.
pag. 156. ver. 16. Barchinonensis, Barchinonensibus.
pag. 158. Respon. ver. 4. Quinti, Quarti.
Ibidem, ver. 11. absque fundamento, absque fermento.
Ibidem, ver. 40. aliis, alii.
pag. 159. ver. 6. Angelorum, Anglorum.
pag. 160. ver. 14. Genebardus, Genebrardus.
Ibidem, vers. 37. donec proclamabunt semper: proclamabunt semper, donec.
pag. 161. Respon. ad 15. ver. 4. naturali, intellectuali.
pag. 162. ver. 35. pro numero 153. lege 158.

AD

AD SACRAM ILLVSTRISSIMORVM CARDINALIVM CONGREGAtionem, Sanctæ Generalis Inquisitionis Romanæ, post debita oscula pedum, humilis ac devota Præfatio.



EST nihil profectò tam candidè dictum; nihil tam sapienter operatum; in quo, vel Angelica mens, vel humana (quæ, prona fuit semper ad malum ab adolescentia sua) si semel id impugnare perrexerit; non aliquid animo fingere satagat, quod virgula planè Censoria dignum esse videatur. Hoc adeò visum est statim ab ipso Orbis exordio, quãdo Lucifer è Cælo lapsus, ut serpens; sese Dei præcepto opposuit, inquiens Parentibus nostris: *Cur præcepit vobis Deus ut non comederetis de omni ligno Paradisi? Scit enim* (inquit) *Deus, quòd in quacumque die comederitis ex eo; aperientur oculi vestri: & eritis sicut Dii, scientes bonum, & malum.*

Deinde, cùm Moses, Cælesti Numine afflatus, Divinã Creati Orbis historiã verissimè perscripsisset: haud defuit, ex Atheniensi Ara Calumniæ prodiens, Aristoteles; qui illa de Mose jactaret: *Benè scripserat rusticus; si probasset.*

Evangelistæ deinceps, Novi Testamenti historiam ea veritate tradiderũt; ut ad illam meritò, tamquam ad Lydium lapidem, ceterarum rerum veritas exploretur. Et in hos tamèn Sacros Scriptores, Porphyrius, & Iulianus Augustus, quasi nodum in scirpo quærens uterque, disquirere quòd improbaret, non dubitavit.

Tum, è tertio Cælo Divus Paulus Apostolus eam ad nostrum hoc solum doctrinam attulit; quam Epistolis suis postea mandatã reliquit. Nec defuere tamen, qui temerè eum carperent: & Principem Apostolorum Petrum, ad hæc singularia verba rescribenda cogerent: *Sicut & charissimus frater noster Paulus, secundum datam sibi sapientiam, scripsit vobis: sicut, & in omnibus Epistolis: loquens in eis de his, in quibus sunt quædam difficilia intellectu: quæ, indocti, & instabiles depravant; sicut, & ceteras scripturas, ad suam ipsorum perditionem. Vos igitur fratres, præscientes, custodite: ne, insipientiũ errore traducti, excidatis à propria firmitate.*

Beatus Clemens Romanus, Pontifex & Martyr, Constitutiones, & Canones Apostolicos codẽ scripsit modò, quo iussus est ab Apostolis. Et tamen, in eius defensionẽ oportuit ut primũ quidem DD. Ioannes Carolus Bovius,

Episcopus Ostunensis, Scholia accurata scriberet in varia harũ Constitutionũ loca, quæ dubitationẽ habere videbantur: deinde, Franciscus Turrianus in lucem ederet Prolegomena, & Explicationes Apologeticas in easdem Cõstitutiones: & postmodum, Defensionẽ pro Canonibus Apostolicis, adversus Magdeburgenses Centuriatores.

Quód si res huiusmodi perspicuæ, sanctę, ac veræ, justificatæ in semetipsas, invidorum calumniis expositæ sunt; ac proinde semper opus fuit Interprete aliquo, qui causas earum opportunè tueretur: quantò magis oportet, illarũ quoque patrocinia suscipere, quæ, difficultate, & obscuritate sua, ansam calumniæ præbent; nisi distinctius exponantur?

Itaque, neque novũ prorsus est, neque ante hunc diem inauditum: quoties id res, & occasio postulát; dubiis rebus interpretationes adjungere; obscuras, elucidare; & alienis à vero sensibus ansam omnem præscindere: sicut per omnes ætates, usu, & praxi Sanctæ Matris Ecclesiæ cõprobatũ videmus.

Tertullianus. Sic, in Paradoxa Q. Septimii Tertulliani (quamtumvis aliquando prolapsi in Montanam hæresim) scripsit Iacobus Pamelius Antidota: ac dedicans illius Opera Gregorio XIII. singularibus his utitur verbis: *Atque hæc causa præcipua, post obscuritatem styli (Beatissime Pater) cur Opera Tertulliani non satis celebritatis invenerint apud posteros Ecclesiæ Scriptores; ea fuit: quia Beatus Gelasius, PP. I. ob errores, in quos Tertullianus inciderat; inter Apocrypha numeravit: parùm animadvertentes, ea quæ tali nota censerentur; non omnino, sed publicè, & in Templis tantũ pronunciari probibita. Verùm enim verò, neque styli obscuritas, neque hæresis subsecuta, Beatum Cyprianum, aut Beatũ Hieronymũ deterruit, quo minus ita familiarem sibi hunc Scriptorem habuerint; ut etiam verbo tenus plerumque illum imitati sint.*

Origines. Quid de Adamantino Origene loquar, antiquissimo Gręcæ Ecclesiæ Magistro? Cui vel hoc uno nomine multum debemus; quòd tẽporibus illis nascentis Ecclesiæ difficillimis, & periculosissimis, quando nihil erat odiosius Christiano nomine; & Religio sævissimè oppugnabatur à Paganis Philosophis, à Iudæis, à primis illis hæreticis Iudaizantibus; verã Evangelii, & Gratiæ lucem asseruit tam fortiter; & ita Mosem, Mosisq; libros primus exposuit; ut eos totos ad Christianã disciplinã transtulerit? Cuius opus est, quòd primę post Apostolos Ecclesiæ monstra, confossa jaceant: quòd Philosophis arma è manibus extorta sint: ne, vel deinceps oppugnarent; vel nocerent: atque ut facillimè, tamquám raucos, & imbelles ictus impressuri, si se se vellẽt erigere; tenerentur. Interim in se ostendens, quod Theodoretus diligẽter adnotavit: Ecclesiasticos authores, cúm adversus Hæreticos, vel Ethnicos disputãt; ardore quodam in partem non numquã rapi contrariã. Quod, facile excusat, qui ad eorum institutum respicit; ac contemplatur unde disputatio sit exorta; & per quæ media descenderit. Nam, ubi alterius generis Hæretici sunt ei refellendi; alio modo progreditur, & ita singulis accomodato; ut sui temporis Hæreticorum, ac malè de Religione sentientiũ malleus verè extiterit, sitque, appellatus. Quin, & ex eius fontibus universi pœné Theologi sua arentia prata rigarunt, Hilarius, Ambrosius, Nazianzenus, Basilius, Chrysostomus, Athanasius, Didymus, Hieronymus ipse: &, apud eos tanta fuit authoritate,

tanto

tanto honore; ut eius testimonium, magnum habere pondus putaverint ad Symbolum, & Nicenam Synodum contra Arianos tuendam. De quo, Athanasius: *Mirabilis (inquit) ille, & Laboriosus Origines, nostram sententiam testatur, atque confirmat.* Quæ cùm ita sint; necesse tamen fuit ut sinceri Scriptores pro Origene responderent morosioribus quibusdam ingeniis, dum Origenis multa atro signata lapillo, & ab antiquitate nigrum habuisse præfixum theta, semper in ore gerunt. Fatebatur quidem Origenes, *Rebus in humanis nihil omni ex parte beatum*: Illud Salomonis usurpans, quo posteá se Augustinus excusat: *In multiloquio non deest peccatum.* Et tamen eius Libri, plurimi semper habentur; & pauca illa Origenis, quæ speciem habent erroris; numquam efficient ut extorqueatur é manibus. Ac, si qui veniam merentur; primi illi sunt authores, qui sine præmonstratore, & Duce, intentatum iter aggressi sunt: qui primi viam posteris aperuerunt; quique sequentibus vel præluxerũt; vel lampadem ipsam tradiderunt. Ardebant interdum tanto veræ pietatis studio; ut, dum hunc errorem inflãmato odio delere niterentur; sæpè in illum oppositum declinasse, vel etiam decidisse existimentur. Vt, dum agricolæ totum tenellæ arboris stipitem volunt surrigere; nimio nixu in alterã partem depravant. Sic, Augustinus fuisse censetur interdum iniquior Libero Arbitrio: quod Pelagianos haberet in procinctu. Sic, Dionysius, Corinthiorũ Episcopus, teste Basilio, dum acrius Sabellium oppugnare adoriretur; non sensit se nimio refellendæ impietatis ardore, pœné ad utriusq; substantiæ inæqualitatẽ pervenisse. Sic Diodorus, Tarsensis Pontifex, Præceptorq; Chrysostomi, ita literæ Sacræ Scripturæ fuit intentus; ut eius Theorias subvertisse tradatur. Nec tamen aliquid inde dignitati ipsorum, sanctitati, & eruditioni decerptum est: quia necdum quidquã eorum quę modò condemnata sunt; in quæstionẽ venerat; aut, rata Sententia fuerat constitutum: sed, Sacræ Scripturæ authoritas in utramq; partẽ, prodiversitate pendula, liberè de iis sentire, ac dicere quid vellent, adhuc sinebat. Quofit, ut Origenẽ, non modo Pamphilus Martyr, Eusebius Cæsariensis, Didymus, Hieronymus, Rufinus, Chrysostomus, Basilius, Nazianzenus, &, ex Recentioribus, Iacobus Merlinus, Picus Mirandulanus, & Gilbertus Genebardus, conquesti sint, eius monumenta fuisse ab Hæreticis depravata; ut opinionibus suis authoritatẽ clarissimi viri nomine conciliarent: verùm ipse, quadam Epistola sub his verbis id innuit: Quali (inquit) *adulteratione corrupta est secunda Pauli ad Thessalonicenses.* Hanc autem Hæreticorum nequitiam, vivus, & mortuus, expertus est Origenes. Hinc illa contentio Theotimi, Chrysostomi, & Theophili Patriarchæ Alexandrini, & Epiphanii. Demonstrabat enim Chrysostomus, Ecclesiam tantùm Origeni debere; quantùm non posset multis ætatibus rependere. Parũ integros esse, qui eum ante annos propẽ ducentos in Christianæ Fidei defensione sanctè mortuum, indignè dilacerarent: ingratos, qui, é cuius Schola plures quam ex equo Troiano athletæ, & Martyres exierant; eius merita obliviscerentur: benè ipsius dicta, per quæ profecissent; in alienũ sensum invidè, & malevolè detorquerent. Negabat, illum, errorũ qui ipsi tribuerentur, esse authorem: sed, Hæreticorum suturas. Interesse rei Christianæ, ne tanti viri Opera, ulla dies absumeret. Propter nævos, adeò formosum corpus non esse aspernandum.

Quibus

Quibus tandē rationibus Epiphanius manus dedit: Methodius, anteá aversus, Origenem mirari cœpit: atque Athanasii testimonio defendit. Theophilus autem, in Origenis lectione repertus, & rogatus; cur, quem anteá rejecisset; iterum amplecteretur; respondit: *Viri libros, similes esse prato omni florum genere pubenti, atque exculto: unde quicquid præstans inveniret, excerperet: quid quid spinosum, omitteret.* Callido simul, & ambitioso consilio quondá Aristotelis; qui, ab Alexandro Magno obtinuit, ut superiorum Philosophorū libri omnes exurentur: ne posteris sua furta paterent: sed alienis ipse dispendiis sua compendia amplificaret. His quoque de causis, Gilbertus Genebrardus Origenis Opera sibi recognoscenda, ac novis libris augenda curavit, & edidit Parisiis, Anno Domini 1604. unà cū Collectaneis ex Divo Hieronymo, Epiphanio, Sixto Senensi, & Espencæo, de Origenis Vita, Operibus, Rebus, & Sententiis: ubi, totum Caput nonum, & ultimum est, *De locis Origenis, quorum alii malevolè in deterius accepti sunt: alii, è libris non extantibus, vel suppostitiis citantur: alii, ab Hæreticis corrupti sunt, vel assuti:* quemadmodum ibi diligens Lector latius videre poterit.

Lactantius. Iam vero, Lactantius Firmianus, quòd eius monumenta pariter ab Hæreticis depravata, atque à Gelasio PP. inter apocrypha connumerata fuissent; opportunum sané Patronum sortitus est Illustrissimū DD. Michaëlem Thomasium, Episcopum Ilerdensem; qui, in Dedicatione Operum eius ad Antonium Perenotum, Cardinalem Amplissimū, observat, in optimis Veterum scriptis multa ab Hæreticis corrupta reperiri: seque Libros Lactantii, authoritate veterum Codicum, non solum à multis mendis, quæ scriptorum incuria irrepserant, repurgasse: verum etiam à multis erroribus, qui eis dolo, & fraude veterum Hæreticorum additi fuerant; multis collatis Codicibus antiquissimis, liberasse. Præsertim, cum Arii sectator nequiverit esse Lactantius (ut aliqui eum accusabant) cum vixerit, & scripserit ante Arium. *Ceterum* (ait DD. Michaël Thomasius) *cùm Ecclesia, quamdam quoque pueritiam habuerit; evènit hisce Scriptoribus primæ ætatis Ecclesiæ, ut non omnia, plana ac explicata haberent: & in multis, quamvis contra Philosophos graviter, doctèque scriberent; eorū tamē errores ac somnia quædam sectaremur. Quod quidem, non de Lactantio solùm, sed de aliis multis antiquis Scriptoribus Hieronymus annotavit. Cuius de hoc authore judicium, gravitatis est, ac prudentiæ plenū. Cùm contrà, aliqui nostra ætate tam sinistrè de hoc Scriptore judicarint: ut, in quo vim rectè judicādi ostentare voluerūt; parum se judicio valere, doctis hominibus demonstrarint.*

Casianus. Rursus, Iohannem Casianū (cuius Collationes Sanctus Dominicus familiares in primis habuit: licet easdem Gelasius PP. adnumerasset apocryphis) magna cum laude tuendum suscepit Petrus Ciaconius, vir spectata religione clarus, omnium bonarum Artium cognitione insignis, & in Sanctorum Patrum assiduo studio versatus: illiusque Opera, Cardinalis Antonii Carafæ cohortationibus recognovit: & à mendis omnibus expurgata, pristino splendori restituit: additis insuper Notationibus optimis, quibus tam singularis Doctrina, sine ullis salebris, inoffenso pede transcurratur. Velut hodie videre est in eius editione Romana, apud Dominicum Bassam, dicata Gregorio XIII. Pont. Max. Kalendis Intercalaribus, Anni Domini 1580. Quem

sane

ſane laborem eò ſtudioſius aſſumendũ eſſe, ſapientes viri putarunt; quô impenſius Proſper Aquitanicus de Gratia Dei ſcripſerat adverſus hunc authorẽ: quod de Gratia, & Libero hominis Arbitrio locutus videretur Caſsianus more Pelagianorũ. Quamquã ipſe Caſsianus (ut in Dedicatione prædicta aſſeritur) de Gratia, ac Libero Arbitrio, adeò varia, & ſecum pugnantia profert; ut ea, ex illorũ potius diſputationibus, quorũ ſentẽtias refert; quã ex ſuo ſenſu depromta eſſe videatur. Quod, author ipſe alicubi præmonitũ reliquit.

Huc ſpectat, quod Iohãnes Gillotius in Commentatione ſua de Sancto Hilario ſcribit, his verbis: *Quamvis Hieronymus ad Lætam teſtetur ſine ulla erroris ſuſpicione Hilarii libros legi poſſe; cùm ait: Hos, inoffenſo decurrat pede: tamen, quoniam Hilarius ipſe ferè primus inter Latinos aggreſſus eſt Hæreticos; & glaciẽ ſcidit, viamq; aperuit, per quam ad Scripturarũ interpretationem eſſet deveniendum; alicubi videtur non tam errore obſlinato, quàm incuria fortaſſe, Fidei æſtu, aut alia neſcio qua occaſione, lapſus eſſe; aut aliquid incõmodè ſenſiſſe, quod poſteà non probavit Eccleſia: ideò cõmodum fore viſum eſt, ſtudioſisque non ingratum; ſi locos ſuſpectos, & cum cautione legendos indicaremus: & ſingulorum vel benignã Scholaſticorum excuſationem; vel genuinam, piamq; Veterum interpretationem ſubjiceremus.* Hactenus, Iohannes Gillotius. Hilarius.

Sed, quod omnem admirationem tollere, mihi quidẽ videtur; illud eſt quôd neque Thomas de Vio Caietanus, communem hanc aleam ſubterfugere, ſeu declinare ſaltem, egregiis ſcriptis ſuis ullo modo potuerit. Quod, vel ex illis ſex Annotationum Libris, quos Ambroſius Catharinus Archiepiſcopus Compſenſis in Commentaria Caietani ipſius, ſemel, atq; iterum edidit; facile quivis deprehendere queat; (ubi, propter admixta nova dogmata multa, quæ plerumq; cenſentur contra Veterum Doctrinam, ac Doctores Eccleſiæ Sanctos; Catharinus monet Lectorẽ, ut huius viri cõmenta, cum formidine, & cum judicio legat.) Vel, ex Iohanne Fugger, Inquiſitore Lugdunenſi, qui in Epiſtola ad Catharinum, Adnotationes eius, à clariſsima Pariſiorum Vniverſitate probatas, ſe quoque probare confirmat. Vel, ex Alphonſo de Caſtro; qui in Opere adverſus Hæreſes, eiuſdem Caietani nævos quoſdam expendit: quorum tamen cauſa, docet impingendum illi non eſſe nomen Hæretici: cùm in erratis eiuſmodi, pertinax extitiſſe minimè comprobetur. Vel deniq; ex Sixto Senẽſi; qui in Bibliotheca Sancta, pleriſq; Caietani nævis opportunum malagma ſuperduxit. Caietanus

Quæ cùm ita ſint; neque mirãdum profectò videri debet, quod etiam in Lullianis Operibus acuta neotericorum ingenia nævos quoq; non paucos offendant. Quorum tamen occaſione, ſubſequens Memoriale perſcriptum eſt: ubi, ſingulorũ, ut, ſperatur, idonea ratio redditur. Finem ergo loquẽdi pariter cum illuſtriſsimo, ac Reverendiſsimo D. D. Arnaldo Albertino Inquiſitore Apoſtolico, & Epiſcopo Paccenſi, faciamus: cuius in Comentariis Rubricæ, & cap. 1. de hæreticis, Lib. 6. quæſt. 13. hæc aurea verba legũtur: *Nec quidem ei aſſentio, qui hæreticorum gregi Magiſtrum Raimundum Lulli, Civem Maioricenſem, aggregare conatus eſt: virum ſanè Catholicum, integerrimæq; vitæ ſpecimen, & exemplar. Cuius inclyta Doctrina, ſanctiſsimiq; mores, toti Hiſpaniæ, & Galliæ noteſcunt: ut eum, Sanctorũ Catalogo potius aſcribendum* Raimundus. Lullus.

ascribendum sentiant. Qui, hanc mortalem agens vitam, Zelator Fidei Catholicæ fervidus extitit; testantibus id eius Opusculis; Divinoq; lumine illustratus, vehemēter anhelavit ad inferendum humanis mentibus optimos mores, sacramq; Fidem Christianam: adeò, ut ad Agarenorū Regna intrepidus proficisceretur quò, illos Religionis nostræ cultores efficeret. Et, dum Verbum Divinum ferventer Infidelibus palàm exponeret: mirarenturq; omnes Spiritum qui in eo loquebatur; non valentes eius sapientiæ verbis obsistere; lapidibus illum obruentes, aureola Martyrii coronarunt. Cuius Corpus, non sine magno miraculo, ad Vrbem Maioricensem *delatum, & penes Ecclesiam Sancti Francisci in Sacello honorificè sepultum, miraculis claret: eiusq; Doctrina à Doctoribus Parisiensibus probata, publicè in dicta Vrbe, & in aliis Hispaniæ Gymnasiis discēda proponitur. Quam si legeris; à Deo revelatam potius, quàm ab homine quæsitam, vel elaboratam censebis. Hæc enim, suos Auditores virtutibus imbuit: aut imbutos invenit Articuli verò, ei temerariè ascripti, falsò impositi sunt. Numquam enim in eius Libris reperti fuère; quamvis subtilis, & scrupulosa indagatio, à plurimis Theologis, magnę lectionis, & authoritatis viris, jubente Summo Pontifice, facta extiterit; prout monumēta (quæ vidi) apud Archivium Civitatis Barcinonensis recondita testantur. Quæ, non immeritò præfati Doctoris Discipulis ansam conquerēdi coram Summo Pontifice tribuunt. Vt hæc ignomina, fallaciter tanto viro irrogata, deleatur de* Libris *in quibus hoc crimen hæresis nefandum, ei calumniosè inpingitur. Quia, ut inquit sapientissimè Rufinus; Est quidem gloriosum, Christi exemplo, patienter injurias tolerare. Vnam tamē notam hæreseos qui ferat; vel dissimulet; non esse Christianum. Et Divus etiam Hieronymus clara voce clamabat, inquiēs: Nolo, in suspicione hæreseos, quemquam esse patientem. Ne ergo videantur Discipuli, crimen Magistri agnoscere: ab eis summa ope laborandum est, ut illud diluatur. Summumq; decet Pontificem, ut breviter hoc negocium, si coram Sua Sanctitate propositum fuerit; concludatur: & sciamus, quæ laudāda; quæ verò reprobanda sunt. Vt unumquemq; opera sua sequantur.* Hæc Rectissimus, & Æquissimus Fidei Cēsor, Arnaldus Albertinus, jam ab Anno Domini, 1533. Censoriis plané literis, ad perpetuam rei memoriam, consignata reliquit. At, nos, severioribus hisce temporibus, coram Sanctissimo, ac Sacra Congregatione, multò maiori ratione conquerimur: loquentes tamen de Lulli Doctrina, quatenus jam in hoc Memoriali distinctius ex ipsius mente declarata perspicitur.

TRAN-

TRANSVMTVM MEMORIALIS IN CAVSA PII EREMITÆ, ET Martyris Raimundi Lulli, quæ nũç Romæ vertitur corã Sanctiſsimo, per Admodum Reverendum Fr. Iohannẽ Riera, Seraphici Ordinis Franciſcani Theologum, & Regni Balearium Syndicũ, in Romana Curia hanc cauſam agentẽ.

SVMMA TOTIVS MEMORIALIS.

Hoc Memoriale, perſpicuitatis cauſa, diviſum eſt in tres Sectiones.

Sectio prima continet quatuordecim Præludia; toti huic cauſæ neceſſariò præmittenda.

Sectio ſecunda refert propoſitiones controverſas M. Raimundi Lulli, in quibus aliqui Recentiores Theologi Scholaſtici ſinceram authoris mentem, Thomiſticis, ac notioribus terminis exponi requirunt.

Sectio tertia reſpondet impugnationibus, atq; calumniis typo mandatis à variis Scriptoribus contra Lullum.

SECTIONIS PRIMÆ PRÆLVDIVM primum, de Principiis in Doctrina Lulli præſupponendis.



BONITAS, Magnitudo, Duratio, Poteſtas, Sapientia, Voluntas, Virtus, Veritas, Gloria, Differẽtia, Concordantia, Principium, Medium, Finis, Maioritas, Æqualitas, ſunt principia in Lulliana Doctrina præſuppoſita.

Primo, præſupponuntur in Deo ad intrà, in ſumma maioritate; ita ut Deus per ipſa ſit ſummè bonus, magnus etc.

Secundo præſupponuntur in Deo quoad extrà, ſeu in decreto Divino, in maioritate rationabiliori, & magis ordinata; ita ut ipſis cenſeatur Deus

sciens, & volens ad extrà, rationabiliori, & magis ordinato modo. Primo modo, sunt simpliciter necessaria. Secundo modo, sunt libera. At, utroque modo, sunt naturalia, & supernaturalia. Naturalia quidem sunt; quatenus naturalis nostra ratio illa capere potest. Supernaturalia vero, pro ut ipsa superant rationem; & non nisi supernaturali Dei auxilio á nostra ratione capi possunt. Vt naturalia, inferunt naturales perfectiones Dei: & ut supernaturalia, inferunt supernaturales. Primo modo inferunt de Deo ad intrà, quid quid in eo melius est esse, quàm non esse. Secundo modo inferunt de Deo quoad extrá, seu de Divino decreto, quidquid rationabilius est in illo esse; & consequenter inferunt, in tempore fuisse, vel esse, aut futurum esse objectum, seu terminum Divini decreti. His principijs præsuppositis, concludere possumus de Deo omnia, quæ naturaliter, vel supernaturaliter cognoscimus meliora ad intrà; & rationabiliora, ad extrá.

Esaias. Supradicta colliguntur ex Sacra scripturá. Esaiæ. 66. *Numquid ego, qui alios parere facio; ipse non pariam? Dicit Dominus. Si ego, qui generationem ceteris tribuo; sterilis ero?* Quæ verba, non solùm internam Dei productionem probant: sed etiam, externam: & utramque, perfectissimam: cùm ceteris Deus perfectissimam tribuat actionem, unicuiq; secundum proprium esse, & virtutem operandi. Idem probare videntur verba illa Lucæ XI. *Si vos, cùm sitis mali; nostis bona data dare filiis vestris; quanto magis Deus dabit bona &c.* Tum & illa, Matt. 5. *Estote perfecti, sicut Pater vester cælestis perfectus est &c.* Ex quibus infertur: Deum, nobis, quæ magis expediunt, elargiri: & quæ sunt rationabiliora, operari. Quia, sic se habent patres erga filios suos, quos rationabiliter diligunt. Et sic, nos, operando, sumus perfecti: & non aliter. Alia plura consimilia loca sunt in Sacra Scripturá, quæ id ipsum confirmant.

Lucæ. Matthæ.

August. Rursus confirmatur idem, ex Divo Augustino lib. tertio de libero arbitrio, Cap. 5. Vbi sic ait: *Quid quid tibi melius cum ratione occurrerit; hoc scias Deum fecisse.*

Ansel. Confirmatur secundó ex Divo Anselmo, qui frequenter utitur hoc principio: *Deus est id, quo nil maius excogitari potest.* Quo principio probat de Deo, tam naturalia, quàm supernaturalia, quibus Deus censetur maior, & perfectior. In quo principio, ea quæ supra dixi de Lulli Doctrina implicitè continentur. Quibus etiam explicitè idem Anselmus aliquando utitur: ut patet in Monologio Cap. 15.

Raimundus de Sabunde. Confirmatur tertio ex lib. qui appellatur *Theologia naturalis*, edito á Raimundo de Sabunde (qui iam per Censores exploratus, à Sacra Congregatione approbatus est) in quo Author utitur eisdē Lulli principiis; aliquandò, implicitè, aliquando verò explicité. Et eisdem probat de Deo tam naturalia, quám supernaturalia; sicut probat Lullus.

Confirmatur quartò universaliter secūdum omnes. Nam omnes supponunt, Deum esse summè bonum, magnum, &c. Et inde concludunt, in eo esse quidquid melius est, & rationabilius, & consequenter, ad extrà operari

rari rationabiliora, & quæ magis expediunt.

Confirmatur quintò, ratione. Quia si non esset in Deo quidquid est melius; non esset Deus summè bonus, magnus, &c. Quod non est dicendum. Aut, si in Dei decreto non esset id quod rationabilius est, & magis decet; non esset Deus rationabilior agens, sciens, & diligens. Quod, nemo debet affirmare; licet oppositum non sit simpliciter necessarium. Nam, de Deo, potius ea quæ ipsum exaltant, sunt supponenda, & concludenda; quamvis libera sint, & potuerint non fuisse.

Præludium secundum, Quomodo, juxta Lulli Doctrinam, res supernaturales, & Fidei, probari possint ratione, per prædicta principia; & quomodò, non.

DICO primò: Res Fidei, non posse probari, immo nec investigari, absq; Divina Fide: ut apud omnes est certum.

Dico 2. Res Fidei non posse probari cognoscibiliter, sola Fide. Quia, licet sola Fides sufficiat ad credendum, & ad probandum, credendo; non tamen sufficit ad probandum, cognoscendo. Quia Fides, à cognitione, etiam circa eamdem rem valde distat.

Dico 3. Res supernaturales non posse probari, per principia naturalia, etiam prævia Fide. Quia res supernaturales carent principiis naturalibus.

Dico 4. Res supernaturales etiam prævia Fide non posse probari per principia supernaturalia naturaliter cognita; & ita, nec per rationes naturales. Quoniam principia supernaturalia, naturaliter non possunt cognosci: & ita, nec consequentia eorũ, naturalibus rationibus.

Dico 5. Res supernaturales non posse probari evidenter. Quia supernaturalia, nequeunt evidenter à viatore attingi.

Dico 6. supernaturalia non posse probari comprehensivè. Eò quòd, incomprehensibilia sint..

Dico 7. Res Fidei, non posse probari demonstrativè omnimodè. Quia supra nos sunt.

Dico 8. supernaturalia non posse probari omnia necessario simpliciter. Quia multa, libera sunt; & potuerunt non esse.

Dico 9. Res Fidei posse probari, prævia Fide, per principia supernaturalia, supernaturaliter cognita; & ita per rationes supernaturales demõstrativas aliquo modo, id est, notificativas ignoti, seu minus cogniti: & necessarias, id est, non liberas; sicut est libera Fides: sed, necessarias, ex parte intellectus; prout ipsum necessitant ad assensum; quatenus rationabiliter insolubiles sunt: &, ex parte objecti, quatenus ipsum necessarium est, vel simpliciter, ut in Deo ad intrà, vel ex suppositione, ut in Deo quoad extrà.

Verbi gratia; quoad internam Dei productionem, sic se habet nostra ratio

ratio: prius, Fide Divina credit duo principia; primum, universale, scilicet: Deum esse summè bonum, magnum etc: etiam in his quæ comprehendere nequit ipsa ratio. Secundum est particulare; scilicet, Deum, sine interna productione, aut potentia ad ipsam, non esse summũ. Hæc duorũ, principiorũ Fides, intellectum subtilem disponit ad eadem principia cognoscenda supernaturali Dei auxilio: sicut Fides naturalis, seu humana, disponit eumdem intellectum ad cognoscenda naturaliter eadem, quæ prædicta Fide naturali habentur. Quando ergo intellectus, Dei auxilio elevatus, cognoscit prædicta duo principia supernaturalia, quæ Fide tenet; tunc ipsa Fide prævia per prædicta principia supernaturaliter cognita, seu supernaturali ratione, internam Dei productionem concludit. Quæ ratio, demonstrativa dicitur, hoc est, notificativa incogniti, seu minus noti. Et dicitur necessaria modo supradicto: licet rem, nec evidenter, nec comprehensivè attingat. Similiter est dicendum in ceteris de Deo ad intrâ. Consimiliter procedit intellectus ad probandam Dei Incarnationem, & alia supernaturalia, quæ ex Dei decreto dependent: excepto quod principia in his, & similiter conclusio, simpliciter libera sunt, pro ut potuerunt non esse. Tamen quia nunc in Dei decreto immutabilia sunt; ideo rationes, pro ut ad ipsa, ut sic, referuntur; necessariæ dici possunt; ut supra dixi. Et sic tantùm à Lullo necessariæ appellantur. Omnia supradicta, vera sunt: atq; etiam apud Lullum reperiuntur multis in locis. Præsertim in libro de convenientia intellectus, & Fidei in objecto, & in libro de disputatione intellectus, & Fidei, passim. Ex quibus, duo tantum referam loca, prolixitati parcens. Primus ex primo libro citato parte 1. sic habet: *Et ideò ego, qui verus catholicus sum; non intendo probare Articulos contra fidem; sed, Fide mediante. Cùm sinè ipsa probare non possim. Nam Articuli sunt superius; & meus intellectus, est inferius; & Fidei est habitus cum quo intellectus ascendit supra vires suas. Non autem dico quòd probem Articulos Fidei per causas (quia Deus non habet causas supra se) sed per talem modum, quòd intellectus non potest rationabiliter ipsas rationes negare; & possunt solvi omnes objectiones contra ipsas factæ; & infideles non possunt destruere tales rationes, sivè positiones. Ipsa probatio talis, sivè sit demonstratio, sivè per suasio, vel quocunq; alio modo possit dici; hoc non curo. Quia, propter nostrum affirmare, vel negare, nihil mutatur in re. etc.*

Secundus locus, ex secundo lib. supra citato, est objectio secunda, & ipsius solutio; & habet sic: *Ait Fides ad Intellectum: Frater mi, non irascaris contra me; cùm sim causa ut tu valeas exaltari, etiam in hoc quod dispono te ad intelligendum: sicut tu met superius concessisti; & sic permanes in intelligendo per tuam naturam; sicut de te data est suprà diffinitio; & intellige hæc verba. Tu bene scis, quod Divina Trinitas est incomprehensibilis: eò quia est infinita; & tu es finitus. Et quia inter infinitum & finitum nulla est proportio; sequitur quòd tu in via Divinam Trinitatem per rationes necessarias intelligere non potes. Quia si sic; iam finitum comprehenderet infinitum. Quod est impossibile, & dissonum rationi.*

tioni. Ait Intellectus: Fides, soror mea, non irascor contra te: sed tibi profero ve-
ritatem. Et doleo: quia gentes non utuntur me intensivè secundum gradus altos;
ad quos de me usum habere possent. Et ad positionem tuam, sic respondeo. Concedo;
hoc quod dicis de incomprehensibilitate Divinæ Trinitatis, & de mea finitate.
Sed dico, quòd si de Divina Trinitate habeo aliquas rationes necessarias; non se-
quitur quòd sim comprehensor: sed tantummodò apprehensor. Quoniam, sicut
digitus positus in una parte ferri igniti; sentit in parte caliditatem ignis: sed,
non totam caliditatem: eò quia non tangit totum subjectum eius; sed partem. Sic
à simili, secundum modum intelligendi, ratione infusionis, & gratia Divinæ Trini-
tatis, & suæ maximæ intelligibilitatis, benè possum particulariter secundum me
aliquid attingere de suo lumine veritatis. Quoniam non est aliquis, qui possit eam
contra hoc ligare: neque etiam me, si ei placet. Immo miror de te; quare non
consideras, quod sicut Divina Voluntas infundit in via Charitatem ratione gra-
tiæ, in humana voluntate, ut homo peri[illegible] sit charitativus ad agendũ bonum:
quare non sic Divina Sapientia infui[illegible]uod Sapiiam in me, ut attingam de Di-
vina Trinitate, quæ mihi sufficiant a[illegible]i. Et hoc [illegible]telligendum: & omnes objectio-
nes contra ipsam destruendum; etiam [illegible]bertas. E[illegible]m meam voluntatem dirigen-
dum: cùm sinè meà altà intelligibilitat[illegible]tum esset [illegible]n posset habere amorem satis
aliũ. Dixit Fides Intellectui: Tu iam dicis qu[illegible]ssater infinitum, & finitum nulla
est proportio Unde sequitur per consequens, quòd nec medium, ut tu cum Beatis-
sima Trinitate posses habere participationem per intelligibilitatem: sed, per meam
credulitatem, & suppositionem. Ait intellectus: Concedo tibi de medio natu-
rali; quòd inter infinitum, & finitum stare non potest. Sed non, de medio lumi-
nis gratiæ per contingentiam eventam: eò quia Deo placet agere magnificè in sub-
jecto creato, diffundendo suam bonitatem, reducendo illud bonum infusum ad
suam bonam intelligibilitatem. Et quomodò? (ait intellectus) & tu, Fides, nes-
cis quod tu es posita inter finitum, & infinitum per lumen gratiæ; eò quia credis
tota in Divina Trinitate, tantum extensivè: quia intensivè non posses; eò quia
comprehenderes ipsam: & sic per te lumen habeo, quo aliquid de Divina Trini-
tate extensivè apprehendere possim. Et hoc est tantùm quoad me: quod sufficien-
tiam habeo ad confundendum omnes errores contra ipsam. Et audias Fides: sup-
posito quod non possim attingere Divinam Trinitatem in aliquo; si aliquis infidelis
multum literatus, & subtilis vellet destruere te per rationes apparentes; cum quo
ego possem te adiuvare? Per te, non; quia ipse nollet credere. Sequitur ergo quod
per me: cùm veritas sit supra falsitatẽ, in modo intelligendi, sicut per modũ credendi.
Alioquin, excusatus essem ego in via ad resistendum falsitati quæ est contra te, &
contra Divinam Trinitatem. Et possem esse ociosus sinè peccato; quod est impossibi-
le sicut dixi. Unde sequitur, quòd possem tantùm attingere de veritate Divinæ
Trinitatis, quòd possum resistere falsitati quæ contra ipsam est; approbando ipsam;
& destruendo errores; qui contra ipsam ab infidelibus quotidiè enarrantur. Ex
his duobus locis satis videtur catholica: & patet Lulli mens, quoad proba-
tiones rerum Fidei; & omnia quæ suprà dixi.

Cum Lullo in hoc sentire videtur Sanctus Thomas in Primo Sententia- Sanctus Thomas.
rum

rum in fine tertii quæsiti primæ divisionis, ubi sic ait: *Sed tamen ratio manuducta per Fidẽ excrescit in tantum, ut ipsa credibilia, penitus comprehendat. Et tunc ipsa quodammodo intelligit.* Divus etiam Augustinus lib. secundo de Libero arbitrio, cap. secundo, sic loquitur: *Rationem redditurus sum: non ut Fidem respuas; sed, ut ea iam Fidei firmitate tenens, etiam rationis luce conspicias.* Et in lib. Quæstionum, inquit: *Tria sunt de genere credibiliũ. Quædam sunt quæ prius creduntur: & posteà intelliguntur; sicut sunt Articuli Fidei; qui sunt supra rationẽ etc.* Ricardus item de Sancto Victore dicit; *Quòd ad ea quæ sunt Fidei; non solùm possunt haberi rationes probabiles; sed etiam necessariæ; licèt eas contingat interdum nos latere.* Et in lib. de Trinit. cap. 8. *Promittit, se non solùm Fide, sed etiam rationibus necessariis, Dei unitatem, & personarum Trinitatem, ostensurum.* Divus Anselmus in Monologio, cap. 13. inquit: *Duo opuscula feci etc. ut certa ratione, non authoritate, quæ ad Deum pertinent, manifestarem.* Quam rationem, seu rationes, sæpe appellat *necessarias*: Et per ipsas monstrare dicenetur mysteria Fidei.

Aug*ust.* — Ricardus. — Ansel.

Præludium tertium, quomodò Lullus de Dei Potentia, & Posse ad extrà, loquatur.

MVLTIPLICITER Lullus loquitur de Potentia Dei, & Posse ad extrà. Primo, de absoluta loquitur aliquando explicitè: aliquando verò, implicitè. Et sic ait aliquando, Deum potentia absoluta posse velle, & facere contra id, quod rationabilius est; & quod decrevit. Aliquando verò dicit, Deum posse contra idipsum.

Secundò loquitur de Dei potentia ordinata, similiter aliquando explicitè, aliquando verò implicitè. Et sic, aliquando dicit, Deum non posse potentia ordinata velle, aut facere, contra id quod est rationabilius; & ab æterno decrevit. Aliquando verò ait, Deum contra id ipsum non posse.

Tertiò loquitur de utraque potentia: aliquando implicitè, & aliquando explicitè. Et sic dicit aliquando, Deum posse potentia absoluta, & non posse potentia ordinata, hoc quod minus rationabile est; & contra decretum. Aliquando vero ait posse, & non posse id ipsum.

In multis locis apud Lullum prædicta videri possunt; præsertim libro de Quæstionibus solubilibus per Artem Inventivam Veritatis. q. 31. & lib. de Mirabilibus, libro 8. cap. 107. de Prædestinatione, & Libero arbitrio, ubi sic ait; *Dixit Eremita ad Felicem: A quodam Præceptore percontatus fuit quidam eius discipulus; Si Deus potuit plures creare Mundos: quare solùm unum creavit? Tum etiam: Si potuit esse, quod Mundum non condidisset? Respondit Magister, & dixit; quòd Posse Divinum, absolutè potest facere omnia; eò quòd sit infinitum. Verumtamen quia Sapientia Divina, quæ sciebat quòd Deus non crearet plusquàm unum Mundum; & sciebat quod voluntas*

voluntas illum creare volebat; propter hoc, Posse Divinum, (quod est idem cum Sapientia) non poterat creare plures: nec poterat esse quòd non crearet unum. Et hoc Non posse, est quoad Divinam Sapientiam; non autem, quoad se ipsum. Et hoc propter, oportet quòd quisque credat, & affirmet quòd Deus potest quoad Posse absolutum; & quòd non potest, quoad Posse ordinatum Divina Sapientia, & voluntate. Et ex hoc non sequitur contradictio. Si enim contradictio sequeretur: esset defectus in Dei Potentia, aut in eius Sapientia, & Voluntate; qui defectus, est impossibilis. Felix, diu consideravit exemplum, seu similitudinem, quam Eremita narravit: & valdè miratus, sic affatus est: Domine, numquam audivi verba, quæ plus raperent humanum intellectum in admirationem; quàm tua prædicta. Nam humanus intellectus illa capere nequit; ut mihi videtur. Nam tu dicis, quod Deus potest facere hoc, quod scit se non facturum; & hoc, quod voluntas vult non fieri. Et simul dicis, quòd non potest facere; eò quòd Sapientia scit quod voluntas non vult ut fiat. Et sic, Deus potest, & non potest idem. Quod est mirum valdè Fili, (dixit Eremita) Deus vult quòd quisque affirmet quòd Deus potest facere hoc quod Sapientia scit Deum non esse facturum: Et hoc quod Voluntas non vult fieri. Et hoc est affirmandum; eòquòd in Posse Divino est Bonitas, Magnitudo, & Libertas. Et, si hoc, quòd in tempore facit; solum facere Posset; & non aliud: limitatum esset, & necessitatum hoc quod Sapientia scit, & hoc quod Voluntas vult. Et sic, esset Sapientia, & Voluntas in maiori magnitudine, quàm Potentia; & in maiori nobilitate, & bonitate. Quæ maioritas, est impossibilis. Et, si Deus posset facere hoc quod Sapientia scit se facturum non esse; & hoc quod voluntas Vult non fieri: sequeretur quod actus Potestatis, plus posset, aut in maiore esset magnitudine, quàm actus Sapientiæ, & Voluntatis. Et esset magis nobile, & maius Posse Dei, quam eius Sapientia, & Voluntas. Quod est impossibile. Propter quam impossibilitatem, oportet quòd homo affirmet, Deum non posse, ratione Divinæ Sapientiæ, & Voluntatis, hoc quod Sapientia scit Deum non esse facturum. Et quòd ex hoc nullum sequitur inconveniens, aut contradictio. Postquam Fœlix valdè de prædictis fuit admiratus, elevavit suum intellectum quantum potuit, ut prædicta intelligeret. Et Deum precatus est, ut sibi gratiam largiretur, ut ea intelligeret. Et tunc intellexit, quòd sicut oportet affirmare quòd Deus potest facere hoc quod non faciet; & quòd non potest id ipsum facere, postquam Sapientia scit non esse faciendum; & Voluntas non vult quòd fiat: sic est homo prædestinatus, eò quòd Sapientia scit quòd salvabitur: et simul, quod potest damnari, eòquòd Dei Iustitia in illo conservat Libertatem. Et sic oportet dicere, quòd omnis homo potest salvari, & potest damnari; sive sit prædestinatus, sive præscitus; absque contradictione. etc.

Hinc colligitur, cùm Deus dicitur posse quidquid quidem est contra Dei decretum certum, aut probabile; intelligendum esse de potentia absoluta. Et similter, cum dicitur, non posse quidquid quidem est contra potentiam Dei absolutam; esse intelligendum de potentia ordinata. Vnde, sicut communiter dicitur, Deum posse quid; licet hoc sit contra decretum; quia prædicto modo intelligitur: ita poterit dici, Deum non posse quid, licet hoc videatur contra potentiam absolutam; si hoc idem non esse, sit à

Deo decretum. Quia etiam prædicto modo intelligitur. Nec maior videtur ratio quòd posit dici primum, & non secundum. Quia, sicut Deus, ratione potentiæ absolutæ, potest facere contra id quod decrevit: ita, ratione decreti, non potest facere omne id quod potest potentia absoluta.

Ratio, ob quam sit Lullus intelligendus loqui implicitè de potentia ordinata; cùm ait, *Deum non posse contra id quod rationabilius est, & quod ab æterno decrevit;* est universalis suppositio principiorum Artis, qua in sua Arte, & in omni volumine, præsupponit, Dei Decretum æternum circa quidquid rationabilius est. Ratione cuius suppositionis dicuntur, *Bonitas*, Magnitudo, etc. quoad extrà, esse in Dei Decreto cum rationabiliori maioritate.

Præludium quartum, Quomodò essentia Divina, & Attributa omnia, se habeant in Intellectu, ad generationem: & in Voluntate, ad spirationem.

Assert. 1. DICO primò, quòd essentia Dei, & Attributa omnia, includuntur, tum realiter, tum essentialiter, tam intellectu, quàm in voluntate. Hanc opinionem latè probat Pater Franciscus Suarez: & pro ea plures refert Sanctos Patres, & Doctores, Tomo de Deo Trino, & Vno, Tractatu primo, lib. primo, cap. 11. & 12. & in eodem Tomo, tract. 3. lib. 6. Cap. 5. addit, *quòd Essentia Dei, & àttributa, imbibuntur ita in propria creatione, tam Intellectus, quàm Voluntatis, ut nequeat ipsa ratio considerari ut præcisa à Deitate, & Attributis.* *Suarez.*

Assert. 2. Dico secundo, Deitatem, & Attributa, ut inclusa, & imbibita supradicto modo, in ratione propria intellectus, & in ratione propria voluntatis; esse rationes communes in actu primo generandi in intellectu; & spirandi, in voluntate. Hoc dictum, ex primo sequitur necessarió. Nam, si Deitas, & Attributa, realiter, & essentialiter in proprio conceptu objectivo intellectus, & voluntatis includuntur: impossibile est, Patrem intellectu producere Verbum; & voluntate, amorem; quin, Bonitate, Deitate, Æternitate, producat utrumque, Deum, Bonum, Æternum, etc.

Assert. 3. Dico tertio, Deitatem (prout est in intellectu supradicto modo inclusa) esse rationem generandi Deum: et, prout in Voluntate includitur; esse rationem spirandi Deum; Et, similiter, Bonitas, prout in intellectu, est ratio generandi bonum, & prout in Voluntate, est ratio spirandi bonum; & sic de ceteris attributis. Hinc fit, ut sumto verbo *facio*, pro verbo *produco*, (sicut sumit Lullus) Deitas utroque modo sumta dici possit ratio Deificandi; & Bonitas, ratio Bonificandi: & Pater, Deificans, Bonificans, per generationem; & Filius per eamdem Deificatus, Bonificatus,

& sic

& sic de reliquis attributis. Et hi sunt propriè Lulliani termini.

Dico quarto, Etiam si opinio suprà citata, quam docent Suarez, & multi alii, minus probabilis esset: nihilo minus adhuc *Deitas*, *Bonitas*, etc. essent rationes communes agendi, ut ait Suarez in secundo loco supracitato. *Hoc enim* (inquit ibi) *communiter tenetur ab omnibus*. Et P. Gabriel Vasquez. Tom. 2. Disp. 113. cap. 6. addit, *essentiam Divinam, non solùm esse principium producendi per intellectum, & voluntatem: eoquòd sit utriusque veluti subjectum, & radix: sed etiam quia est principium fœcundans utrumque, scilicet intellectum, & voluntatem*. Quare, adhuc, juxta communem omnium opinionem, veri in re videntur Lulliani termini; sed multo plus, juxta Suarez opinionem. Assert. 4. Suarez. Vasquez.

Dico quinto, Significata per terminos Lullianos, nullo modo posse negari de Deo. Nam, si Pater esset *Dicens*; & insimul non esset *Deificans*, *Bonificans etc.* His sano modo intellectis, ut dixi; esset intellectus infinitus in essendo, & producendo; Deitas verò, & attributa, in essendo tantum infinita essent; in producendo vero, in ocio remanerent; ita ut rationes agendi non essent. Et, *generare*, solùm esset *dicere*. Et non esset *Deificare*, *Bonificare etc.* Et ita in rerum natura hæc deessent: & per consequens, non esset producere Deum: nec Deus productus: nec Deus producens; nec ratio producendi Deum: (& sic de Attributis) sed solùm esset, *ratio dicendi*, & *dicens*, & *dicere*, & verbum *dictum*: ita ut Pater tantum esset *dicens*; & non Pater; & Filius, tantùm esset Verbum, & non Filius: quia non esset Deus productus; sed, Verbum, quod est Deus. Quæ, non sunt dicenda. Doctrina hæc tota, expressè reperitur apud Illustrissimum Card. Nicol. Cusan. lib. primo, excitationum, Sermone: *In principio erat verbum*: ubi sic ait: *In autē omni actione perfecta, tria correlativa necessariò reperiuntur. Quoniā nihil in se ipsum agit: sed in agibile, distinctum ab eo; & tertium surgit ex agente, & agibili: quod est, agere. Erunt hæc correlativa in essentia Divina, tres personæ. Quare, Deum, Trinum vocamus. Est enim Deus Deificans, Generans, Iustificans, Amans, cum ceteris perfectionibus: quem, Patrem vocamus. Est Deus Deificabilis, Generabilis, Iustificabilis, Amabilis, & ita de reliquis: & hunc, Filium à Patre procedentem nominamus. Est posteà Deificare, Deificantis, & Deificabilis, id est, Patris, & Filii. Et sic, justificare, generare, & amare, amantis, & amabilis: & hunc, Spiritum Sanctum, ab utroque procedentem, nominamus. Hæc, Cusanus.* Assert. 5. Nicol. Cusanus

Præludium quintum, Quomodò, & quare Lullus, ex verbo Facio *compositis terminis usus est in Divinis explicandis.*

Assert. 1. DICO primò, Lullum non fuisse usum ipsis, in propria significatione; sed, in impropria, sumto verbo *Facio*, pro *produco*. Et aliquando, pro, *constituo*. Ita ut idem sit *Deificare*, quod *producere Deum*. Et aliquando, idem quod *constituere Deum*: & sic de ceteris. Hoc patet in *Arbore Scientiæ, De branchis Arboris Divinalis*, cap. *de paternitate Divina*: ubi sic ait; *Appellamus, bonum facere, idest, bonificare; producere bonum; & magnum facere, hoc est, magnificare, producere magnum etc. Et hanc locutionem tenemus in toto hoc processu, scilicet de Divinis productionibus.* Idem constat ex aliis multis Lulli locis. Quare, in Prologo super questiones solubiles per Artem Inventivam veritatis, ita habet: *unde, devotè supplicamus studentibus, ut impropria dicta nostra calumniari nolint: sed attendant quid per ea propriè significare velimus.* Hac eàdem improprietate locutus est aliquando Divus Dionysius lib. 1. de Divin. Nom. cap. 1. & 2. ubi *Deitatem appellat Deificam: Deum, Deificum; unitatem, unificam; & substantiam, substantificam, etc.* Eàdem utitur Cusanus suprà citatus.

Dionyst. Areopag.

Card. Cusanus

Assert. 2. Dico secundo, Lullum his terminis fuisse locutum impropriis; quia adhuc proprii excogitati non reperiebantur. Et ideo in Prologo Artis Inventivæ Veritatis, ita dicit: *Et quoniam ita est, quòd existentiæ, & operationes rerum, de quibus intenditur; vehementiores, atque plures sunt in se ipsis, quàm earum similitudines in intellectu; & ipsæ similitudines, maiores & ampliores sunt in intellectu, quàm in sermonibus earum signa: magna est ergo distantia signorum à rebus suis. Ea propter, nos fingere verba licet, propter signorum paucitatem; & de vi & de necescitate Artis, aliquoties inusitata verba proferre.*

Assert. 3. Dico tertio, Lullum his usum esse terminis, quia sunt simpliciores, & aptiores ad significata simplicia, & formalia supradicta exprimenda: tum, ad suæ Artis usum, in qua sunt frequentiores. Si enim his brevioribus non uteretur; sed communibus, qui prolixi sunt, & longiores; nimis intumescerent volumina: & plus fastidii fortasse generarent.

Assert. 4 Dico quató, Lullum etiam his fuisse locutum; eó quód, cùm sint in nomine, & voce convenientes; & simul in modo vocis; scilicet activè, & pasivè, distinguantur: aptisimè exprimunt tres Divinas Personas esse in eàdem essentia convenientes; & relativé per activum, & pasivum distinctas.

Assert. 5. Dico quinto, Lullum his terminis fuisse locutum; quia ei visum est ipsis facilius posse mysterium Trinitatis infidelibus prædicari, & suaderi. Cùm enim infideles ab usitatis terminis Divinæ Trinitatis abhorreant: prudenter videtur Lullus excogitasse prædictos terminos, qui idém mysterium significent; & minus ab infidelibus recipiantur. Sicut prudens Medicus, sub communibus nominibus pocula salutaria præbens infirmo renuenti sub appellatione communi, excogitat alia, infirmo inaudita nomina, quæ verè idem significent; meliùsque suadeant pocula acceptari. Potius ergo Lullus laudandus est; quàm carpendus, in his terminis. Sin minus; etiam

... carpendus erit Illustrissimus Carndinal. Cusanus, qui eisdem uti... ut supra, terminis. *Card. Cusanus.*

Præludium sextum, Quomodò, & quare Lullus dicat, Spiritum Sanctum Deificare, Bonificare. etc.

DICO primò, Cùm apud communem doctrinam, actus rei sit triplex; scilicet, actus subsistendi, producendi; & complendi; inde est quòd in Deo sit actus primus, quo Deus subsistit & constituitur in concreto Deus; & est triplex: sicut subsistentia Divina. Secundus est, quo Deus producit Deum: & iste est duplex; unus est, generare; & alter spirare. Tertius est, quo Deus ultimo notionaliter completur; & iste unicus est, scilicet, Spiritus Sanctus. Quilibet ex his actibus dici potest Deificare, sano modo intellecto hoc verbo (ut dixi). Quia quilibet est actus Dei. Primus, est constitutivus Dei personaliter. Secundus est productivus. Tertius verò est ultimo completivus notionaliter. Verùm, quia Pater, prout à Lullo appellatur *Deificans*; includit actum productivum activè; & Filius, prout appellatur *Deificatus*; includit correlativum passivè, remanet tertius proprius Spiritui Sancto: & ideo Spiritus Sanctus appellatur *Deificare*; quia ipsò Deus in esse Dei notionaliter ultimò completur. *Assert. 1.*

Dico Secundo, Spiritum Sanctum appellari a Lullo *Deificare*; quia sic exprimitur tamquam tertia, & ultima persona, à duabus procedens, scilicet à *Deificante*, & à *Deificata*, remanentibus omnibus tribus indistinctis essentialiter in Deitate, distinctis vero personaliter, relativè, activè, & passivè, & ultimo constitutivè, sicut ipsamet tria nomina, *Deificans*, *Deificatus*, & *Deificare*, vi sua significant. Quæ omnia non sic exprimuntur usitatis nominibus. Quia sub illis posset quis existimare plures essentias, plures personas, & notiones alterius rationis ab his quas Fides docet. *Assert. 2.*

Dico Tertio, etiam Lullum appellare *Deificare* Spiritum Sanctum, ut per hæc tria nomina *Deificans*, *Deificatus*, & *Deificare* (ut supra explicata) totum posset Trinitatis Mysterium facilius suadere infidelibus. *Assert. 3.*

Dico Quarto, quod quamvis Spiri. Sáctus sit à Patre, & Filio per voluntatem *Deificatus*, id est, Deus productus; non appellatur *Deificatus* sed *Deificare*: ne appellatio eius, & ea quæ est Filii, in idem coincidant. Etiam pro prædictis habemus Illustrissimum Cardinal. Cusanum, ubi supra. *Assert. 4* *Card. Cusanus*

Prȧludium Septimum, Quid sint tria correlativa extra Deum asserta à Lullo, in quavis re, & actione.

Assert. 1. DICO Primo, In omni productione extra Deum, ista tria correlativa sunt producens, natura producta, & modus per se, vel in alio, existēdi, naturæ productæ. In productione, (verbi gratia) hominis, producens dicitur: *Homificans*: natura humana producta, est *Homificabile*: modus per se existendi, seu subsistentia humana, appellatur *Homificare*. Similiter, in productione leonis, sunt, *Leonificativū*, *Leonificabile*, & *Leonificare*. Et in calefactione reperiuntur, *Calefactivum*, *Caleficabile*, & *Calefacere*. Quod *Calefacere*, est modus, quo calor constituitur in esse calidi in concreto: & sic de reliquis.

Assert. 2. Dico Secundo, In omni re creata, sunt, *activum*, *passivum*, & *nexus utriusq;* quibus res est constituta. Activum (verbi gratia) hominis, vocatur *homificativum*: & *passivum* eiusdem vocatur; *homificabile*: & *nexus activi*, & *passivi*, vocatur, *homificare*. Similiter, in intellectu, *activum* eius dicitur *intellectivum*; & *passivum* eiusdem, appellatur *intelligibile*; & *nexus activi*, & *passivi*, appellatur *intelligere*. Similiter, in calido; calor, est *calefactivū*: subjectum, est *calefactibile*: inhærentia caloris ad subjectum, est *calefacere*; Et sic, de reliquis.

Assert. 3. Dico Tertio: Cum quælibet ratio agendi, transcendentaliter, sit bona, vera, & sic de ceteris transcendentibus: ideo extra Deum, quodlibet producens, est *Bonificans*, *Verificans*, etc. & consequenter, natura producta, est *Bonificata*, *Verificata*, etc. Et quilibet modus existendi per se, vel in alio, naturæ productæ, est, *Bonificare*, *Verificare*, etc. Et simili modo est dicendum de relativis rem constituentibus. Advertenda tamen est differentia inter relativa productionis, & relativa constitutionis. Nam, licet intra rem sit actus qui est intrinseca constitutio: non tamē est actus, qui est productio. Verbi gratia, intra intellectum est *Intelligere*; quo interllectus constituitur ex activo, & passivo: non tamen est actus, quo quidquam producatur.

Assert. 4. Dico Quarto, Tertium correlativum, tam in productione, quàm in constitutione, non esse actum, qui est productio. Quia hic, iam includitur in primò correlativo activè; & in secundo passivè; sed, esse actum completivum, quo ultimo productio, vel constitutio rei completur. Et in homine dicitur *Homificare*. Quia per illum natura humana completur in esse hominis. Et, in intellectu, dicitur *Intelligere*. Quia ipso completur natura intellectus in esse tali concreto. Et, in calido, dicitur *Calefacere*. Quia ipso completur calor in esse calidi. Et sic, de ceteris. Omnia prædicta, etiam ex loco suprà citato Cardinalis Cusani colliguntur. Card. Cusanus

Præludium Octavum: In quo Termini Lulliani differant à communibus: & ,an sint aptiores.

DICO Primo: Terminos Lullianos, in re, nihil differre à communibus: sed tantùm, in voce: ut suprà visum est. *Assert. 1.*

Dico Secundò, quód Lulliani termini sunt aptiores, quatenus sunt breviores, & simpliciores. Nam, quod Lulliani una voce significant; communes significant duabus, vel tribus, vel pluribus. Nam, eadem (verbi gratia) quæ à Lullo appellantur, *bomificans*, *bomificatus*, *bomificare*: communiter dicuntur, *producens hominem*, *natura humana producta*, *actus ultimus naturæ humanæ*, *seu*, *substantia humana*, *qua ipsa natura constituitur in esse hominis*. Et, in Divinis, quæ appellantur à Lullo, *Deificans*, *Deificatus*, & *Deificare*: communiter dicuntur, *Deus producens*, *Deus productus ab uno*, & *Deus productus à duobus*, *Aliam personam non producens*. *Assert. 2.*

Dico Tertio: quòd Lulliani Termini sunt magis apti ad rem significandam, & exprimendam; & magis iuxta rem significatam excogitati; quàm communes: quatenus Lulliani, perfectè exprimunt illa tria quibus quælibet actio, & res constat, tam secundum esse absolutum, quám secundum esse relativum, eodem prorsus modo, quo à parte rei se habent. Quod non præstant ita perfectè, communes. *Assert. 3.*

Dico Quarto, quód Lulliani Termini videntur magis apti ad disputandum cum Infidelibus, de Mysterio Trinitatis. Et hoc, ex defectu illorum Infidelium: ut suprà dixi. *Assert. 4*

Dico Quinto, quód, quamvis Lulliani Termini, quo ad prædicta, videantur aptiores communibus: tamen, quia inusitati sunt, & barbari, offendúntque aures verborum, splendori addictas; minus apti vulgo censentur. Quod, pro nihilo habendum est, quoad rei veritatem. *Assert. 5.*

Præludium Nonum, An Lulliani Termini fuerint aliquando per censuram à sede Apostolica approbati, seu permissi.

OMNINO dico, Terminos Lullianæ Doctrinæ fuisse approbatos, vel certé permissos, à Sanctissimo, Sixto Quarto; deputatis Romæ sex Censoribus; videlicet Reverendissimo Antonio Episcopo Fanensi: Reverendissimo Noyano, Episcopo Xephalensi; Ferdinando Cordubensi; Iohanne Abbate Sancti Bernardi Valentini; Iacobo Conil; Guliermo Bodonit. Qui omnes, viso, & diligenter examinato Libro, appellato *Ianua Artis Magistri Raimundi Lulli*, edito à Petro Daguino; Sanctissimo Domino Papæ obtulerunt censuram de *Sixtus. PP. iiii. Censoruũ Approbationes.*

illo factam: quæ sic incipit: *Beatissime Pater, post pedum oscula beatorum.*
1. Quæ censura, excusa fuit Hispali, Anno Domini, Millesimo, quingentesimo: die vigesimo sexto Mensis Iunii. Ex qua, primò colligitur, (statim in Prologo Censuræ) Doctrinam Lulli tunc temporis non fuisse habitam apud Sedem Apostolicam, ut suspectam, aut prohibitam. Quia de ipsa fit mentio in Censura, tamquam de Doctrina Catholica; & super
2. illam, Tractatus, & Commentarii facti, permittebantur. Secundò, colligitur ex eodem Prologo, prædictos Lulli terminos tunc temporis, non fuisse prohibitos: sed, permissos. Tertiò, idem patet in explicatione primi
3. dicti Censuræ, ex his ipsissimis verbis Censorum: *Istud salvatur tripliciter; primò, quia Raimundus, (quem sequitur Magister Petrus) utitur propriis*
4. *vocabulis.* Quarto, colligitur in explicatione eiusdem dicti, ex illis verbis: *Essentia Divina, potest considerari quadrupliciter*: essentiam Divinam esse, & dici ab his Censoribus, *rationem producendi*, eo modo, quo suprà dicimus.
5. Quinto, colligitur, in explicatione secundi dicti, ex illis verbis: *Prima proprietas originatur, seu pullulat, in, & de Bonitate; Bonitatem, & Essentiam, ad productionem internam concurrere*: ut suprà explicuimus. Sexto,
6. colligitur ex illis verbis, immediate antè, quibus asserunt Censores, quod Scotus utitur verbo, *originari*, pro, *naturari*; licere uti in Divinis, verbo
7 *naturari*, & *naturare*. Septimo, colligitur, Censores approbasse superiores Lullianos terminos: quia prædictus liber, ab eis examinatus, & approbatus, eisdem Lullianis terminis sæpe utitur; tam in Divinis, quàm in creatis.
8 Vltimo colligitur, Censores istos, approbasse principia Lulli, quæ suprà, dubio Primo, 2. & 3. explicuimus: immo, & totam Lulli Artem: cùm liber iste ab eis approbatus, eisdem Lullianæ Artis principiis, & Regulis constet.

Præludium Decimum, An, & quoties, quando, à quibus, & ubi sit approbata Lulliana Ars, cum suis terminis iam suprà dictis.

VNO verbo dico: Fuisse approbatam ipsam Artem, cum terminis suis; ab omnibus, post Sedem Apostolicam, omni exceptione maioribus testibus: ut sequens probat Inductio.

Primo, ab Vniversitate Parisiensi, publice Lullo in ea prælegente; quadraginta Doctoribus, pro Censura deputatis. Qui omnes sub juramento affirmarunt: Lulli Artem nihil continere erroris: immó, valdè utilem esse. Anno Domini. 1309.

2. A, Philipo, Francorum Rege, Veronæ. Anno. 1310.
3. A, Francisco de Neapoli, Cancellario Parisiensi, Parisiis. Anno. 1311.

4. A, Petro, Aragoniæ Rege. Valentiæ. Anno, 1369.
5. A, Martino, Aragoniæ Rege. Cæsaraugustæ. Anno. 1399.
6. Ab, Alphonso, Aragoniæ Rege. Cæsaraugustæ. Anno. 1425.
7. Ab, eodem Rege Alphonso. Neapoli. Anno. 1449.
8. A, Ferdinando, Rege Catholico, Cæsaraugustæ. Anno. 1503.
9. A, Carolo Quinto, Imperatore semper Augusto, Hispali. Anno. 1526.
10. A, Philipo. 2. Hispaniarum, Rege, Anno. 1597.
11. A, Philippo. 3. Hispaniarum Rege, fuit firmata prædicta Approbatio, Anno. 1597.

Omnes prædictæ Approbationes extant authenticæ, Palmæ Balearium: & insuper singulæ, suis quæq; locis, ac Regnis.

Præludium Vndecimum, An, & à quibus commendetur, Ars, & Doctrina Lulli.

INPRIMIS Dico: Doctrinam, & Artem Lullianam commendari ab infrascriptis gravissimis viris, atque Doctoribus.

Primo; à Reverendissimo Raimundo, Ministro Generali Ordinis Fratrum Minorum, Literis Lullo datis, Anno Domini. 1290.

2. A, Frabro Stapulensi, in Præfatione ad librum *de Laudibus Virginis.* Anno. 1499.
3. Ab, eodem, in Præfatione ad librum primum, *de Contemplatione in Deum.* Anno. 1505.
4. A, Mariano Archadia, in libro Sententiarum. Anno. 1507.
5. Ab, eodem, in Præfatione in librum Proverbiorum. Anno. 1507.
6. A, Carolo Bovilio, in Epistola, de vita Raimundi Lulli. Anno. 1511.
7. Ab, Alphonso à Proaza, in calce libri *de Ascensu Intellectus.* Anno. 1512.
8. Ab, eodem, in Præfatione ad Artem Inventivam veritatis. Anno. 1515.
9. Ab, eodem, in Præfatione super lecturam ejusdem Artis. Anno. 1515.
10. A, Remigio Rufo, in Præfatione ad Rhetoricen. Anno. 1515.
11. A, Raimundo de Sabunde, in libro cui titulus est, *Theologia Naturalis.*
12. A, Fabro Stapulensi, in Epistola ad Alphonsum, ab Aragonia Archiepiscopum Valentinum. Anno. 1516.
13. Ab, Iudoco Badio Alcensio, in Epistola ad Bernardum Lavine

tam

tam, in Metaphysica. Anno. 1516.

14. Ab eodem, in Epigrammate in Proverbia; & in alio Epigrammate in Arborem Scientiæ.

15. A, Nicolao de Pax, in descriptione Vitæ Raimundi Lulli: Anno. 1519.

16. A, Reverendissimo Arnaldo Albertino, Vtriusque Iuris Doctore, Inquisitore, & Pactensi Episcopo, in Commentariis in Cap. *de Hæreticis*. lib. 6. q. 12. num. 75. Anno. 1534.

17. A Balthasare Vbertino, in Additione. 2. ad Iohannem Trithemium, Abbatem. Anno. 1546.

18. A Hieronymo Rusellio, in opere, *de componendis Versibus.*

19. A, Iacobo Olesia, libro *De Lege Christiana*: *Lamentatione*. 4.

20. A, Michaële Olesia, in opere *De Salutari contemplatione. cap.* 9.

21. A, Pico Mirandulano, in Apologia: Disputatione *De Magia naturali, & Cabala.*

22. A, Mattheo Malferito, in Additiunculis suis ad Mattheum Palmerium.

23. A, Iohanne Valerio, in opere *Summæ veritatis.*

24. A, Iohanne Ludovico Villeta, Cathedratico Barcinonensi, in Epistola ad Ludovicum Lullum.

25. Ab Illustrissimo Francisco Ximenez, Cardinali, Archiepiscopo, in Epistola ad Regnum Baleare.

26. A Gregorio Tholosano, Vtriusque Iuris Doctore, in Commentariis in Prologomena Syntaxis Artis mirabilis. cap. 7.

27. A Iohanne Donlabio, in Procemio super librum *de Blanquerna.*

28. Ab eodem, in Epistola ad Doctorem Ludovicum des Pont.

29. A Beato Rhenano Alzadio, in Epigrammate in librum de *Blanquerna.*

30. A Iohanne Angelo, in alio Epigrammate.

31. A Iohanne Cabanilio, in opere *De sacro Oratore.*

32. A Iohane Seguino, Canonico Almæ Sedis Maioricen. in descriptione Vitæ M. Raimundi Lulli.

33. Ab Antonio Belverio, Canonico Cathedratico Maioricensi, in Apologia pro Lullo, contra Eymericum, dicata Sanctissimo Domino Sixto Quinto, & Philippo Secundo Hispaniarum Regi; & in aliis multis operibus suis.

34. A Nicolao Mellinas, in Descriptione Vitæ M. Raimundi Lulli.

35. Ab Authore Quartæ Partis Chronicorum Ordinis Sancti Francisci.

36. A Patre Fratre Antonio Busquets, Lectore Sacræ Theologiæ, in Memoriali super causa M. Raimundi Lulli.

37. A Petro Hieronymo Sanchez de Lizarazo, in Tractatu super Arte Parva Lulliana.

38. A Bernardo de Lavineta, super eadem Arte, & Doctrina M. Lulli.

Ac, ne longior; sim commendatur ab aliis quâmplurimis huius Doctrinæ Interpretibus, passim obviis.

Præludium Duodecimum, An Lulli Doctrina fuerit ab Eimerici calumnia juridicè vindicata: per quos; & quoties; & quibus annis.

DICO, Lullí Doctrinam, juridicè fuisse vindicatam ab Eimerici calumniis, Primùm quidē, agente Inquisitione Generali Aragoniæ, per octo Magistros deputatos pro examine huius Doctrinæ; tribus, Dominicanis, & quinque Franciscanis: Præsidente Fratre Bernardo Ermengaudio, Provinciali Dominicano, & Generali Inquisitore, Barcinone, Anno Domini. 1380. 1.

Deinde, ab Illustrissimo Domino Leonardo, Cardinali, Commissario Apostolico, in hac causa deputato á Sanctissimo Domino Papa Benedicto XIII. Avinione, Anno Domini. 1395. 2.

Tertiò, â Reverendissimo Bernardo, Episcopo Castelli, Commissario, & Iudice in hac causa deputato per Illustrissimum Alemannum, Cardinalem Legatum Apostolicum in Hispania: qui, contra Eimericum, pro Lullo Sententiam definitivam pronunciavit: restituens Lullianam Doctrinam pristino suo statui, annullànsque omnia quæ contra ipsam attentata fuére. Anno. 1519. 3.

Quartò, á Generali Inquisitione Hispaniarum; quæ, ab Indice Pauli Quarti de libris prohibitis, abrasit clausulam contra libros Raimundi Lulli, positam inadvertenter á compilatoribus Indicis Pauli Quarti. 4.

Quintò, â Sanctissimo Concilio Tridentino deputatis, Patriarcha Veneto, quatuor Archiepiscopis, quatuor Episcopis; uno Abbate, duobus Generalibus Ordinum, & quatuor Doctoribus. Anno. 1563. 5.

Omnia prædicta Acta reperiuntur authentica. Ac de ultimo quidem extant fide digna testimonia duo. Primum, Illustrissimi Amans Gabr. Paleoti, Cardinalis: qui, Concilio Tridentino interfuit; & testatur, de Lulli causa fuisse tractatum. Quod, argumento est, pro Lullo in Concilio actum fuisse; cùm in Indice librorum prohibitorum tunc edito, nullus liber Lulli sit prohibitus. Alterum testimonium est Sapientissimi Magistri Ludovici Iohannis Villeta, Cathedratici, qui fuit missus á Principatu Cathaloniæ ad Concilium Tridentinum Procurator Lullianæ causæ: & ipse eodem anno Barcinone id publicavit, ac Typis mandavit. Cuius exempla passim occurrunt apud Bibliopolas illius Principatus, & universæ Coronæ Aragonum.

Præludium Decimum tertium, unde, quæ sparserat Eimericus contra Lullum; post quàm per tot Acta juridica, jam extincta fuerant; iterum reaccensa fuerint.

Assert. 1. DICITVR primò, Viguisse tempore Eimerici, ante annum 1400. inter Eimericum ipsum, & Lullistas, contentionem de Conceptione Purissima Virginis: contendente Eimerico, Conceptam fuisse cum Originali peccato: Lullistis, cum Lullo, oppositum defendentibus. Quæ contentio, eò pervenit; ut Eimericus à Raimundo de Cortillis, Canonico Elnensi, coram Reverendo Patre Iohanne Ansurre Inquisitore Generali, Avinione, fuerit accusatus de manifestis hæreticalibus propositionibus, ab eodem Eimerico assertis: quæ omnes habentur in publico Instrumento Accusationis authentico, dato Avinione, Anno Domini. 1395. Quod, apud huius Lullianæ causæ Syndicum extat. Hæc planè contentio creditur fuisse seminarium eorum quæ contra Lullianam Doctrinam inciderunt. Sed tandem, Eimericus exul à Regno pulsus à Iohanne Aragonum Rege, profugit: ut constat ex eiusdē Regis Epistolis, contra eumdem Eimericū missis ad diversos. Posteà, contra Eimericum, pro Lullo tot Approbationes, & Acta, quot partim suprá retuli, sancitæ fuerunt: prorsus ut extincta viderentur omnia contra Lullū attentata: usque ad Annum. 1503. Nam, ante illum Annum, ipsimet libri Lulli, quos referebat Eimericus fuisse damnatos; idemtidem excudebantur: publicè servabantur; & legebantur; & publicæ Cathedræ de hac Doctrina tunc erectæ fuerunt.

Assert. 2. Dicitur secundo, Prædicto Anno. 1503. aut paulò antè, subortam iterum esse eamdem de Purissima Conceptione Deiparæ Virginis controversiam, inter Fratrem Guillermum Caselles, Dominicianum simul, & Inquisitorem Regni Balearis, & Lulli Scholæ Professores: his, ut suprá, pugnantibus: & contra ipsos, Inquisitore Dominiciano. Tantoque exarsit dolore contentio; ut Romam perrexerit Inquisitor; & egerit coram Sanctissimo contra Lullianos. Sed, tanto suscepto labore: nec ipsis, nec Lullianæ Doctrinæ in aliquo nocere potuit. Reversus tandem ad Baleare Regnum; & in eadem contentione perseverans, dicitur fuisse pulsus à Regno. Quæ omnia creduntur, prædicto nimirum homini, fuisse stimulum ad extremum, ut Anno 1503. Directorium Eimerici Typis mandans Barcinone, simul annecteret ex Bulla fictitia eiusdem calūniam contra Lullum, iam diu convictam, damnatam, atque sepultam. De hac 2. contentione fit mentio in Chronicis Fratris Francisci Diago, Provinciæ Aragoniæ Fratrum Sancti Dominici.

Præludium Vltimum, Quid Lullus ex suâ Doctrina asserat sibi à Deo fuisse revelatum.

DICO primò, Lullum non asserere, sibi fuisse revelatam totam Doctrinam: sed, solam Artem. Quod patet ex multis locis; in quibus ait, *Artem sibi fuisse revelatam.* Nullibi autem asserit, revelatam sibi fuisse Doctrinam. Vnde, sua omnia opera correctioni submittit: *Quia* (inquit) *si fortè in aliquo erravi ignoranter* &c. *Assert. 1.*

Dico secundò: Ex Arte ipsa non ei fuisse revelata verba, seu modum loquendi. Quia etiam modum loquendi correctioni subjicit: ut patet in Prologo Artis Inventivæ Veritatis. *Assert. 2.*

Dico tertiò: Significata verborum, potuisse à Deo revelari Lullo. Quia vera sunt: & ab aliis tradita, probata, & laudata: ut suprà patet. *Assert. 3.*

Dico quartò: Lulli Artem, saltem quoad cognitionem rerum supernaturalium, non posse esse nisi à Deo, supernaturaliter revelante, & inspirante. Quia, ut dixi Præludio Secundò, supernaturalia principia, quæ Lullus cognovit; & quibus multa probat; non possunt nisi supernaturali Dei auxilio intelligi: ut dixi ibid. Assertione 4. & 9. *Assert. 4*

Dico quinto, Verisimilis videtur revelatio Artis Lulli: cum anteà Lullus ipse rudis, & inscius esset; & posteà, ad pænitentiam conversus, erga Deum, & proximos charitate totus ardens, tam multos composuerit libros, de omni materia, ad Fidem Christi suadendam, & explicandam; in quibus, stylo suo, neminem sequitur à quo didicisse eum ipse videatur. *Assert. 5.*

Dico sexto, Ad minus, esse credibile, Lullo fuisse revelata principia supernaturalia, quibus Mysteria Fidei docet, & probat; ut in Præludio Secundo prædiximus. Nam, ipsa aliter haberi non possunt. *Assert. 6.*

Sectio



SECTIO SECVNDA PRÆSENTIS Memorialis, in qua sincerè, & ad verbum referuntur atq; enodãtur propositiones controversæ, M. Raimundi Lulli, in quibus aliqui Recẽtiores Theologi Scholastici, sinceram authoris mentem, Thomisticis, ac notioribus terminis exponi requirunt.



VONIAM in Secunda hac Sectione controversarum propositionum, varii citantur libri, in quibus propositiones istæ continentur; operæpretium fuit, commodioris distinctionis causa, hanc Sectionem in decem partes dividere.

In prima parte, explicantur propositiones sumtæ ex Lib. Sententiarum M. Raimundi Lulli.

In 2. propositiones, ex Quæstionibus ad Thom. Attrabatensem.

In 3. propositiones, ex quibusdam quæsitis.

In 4. propositiones de Eucharistia, ex quatuor quæstionibus libri Sententiarum Lulli, videlicet ex 126. 127. 128. 129. cum ceteris Lulli Textibus de Eucharistia.

In 5. propositiones aliæ, ex eodem lib. Sententiarum.

In 6. rursus aliæ propositiones, ex eodem lib. Sententiarum.

In 7. propositiones, ex libro Arboris Scientiæ.

In 8. propositiones, ex libro de Anima rationali.

In 9. propositiones, ex libro de Planctu Raimundi.

In 10. recensentur Textus quamplures, in quibus Lullus, se, suaque omnia, correctioni subjicit.

Prima Pars, explicans octodecim propositiones, ex libro Sententiarum M. Raimundi Lulli.

Præmonitio. NEQVIS forte diutius in hoc limine hæreat, exquirens cuiusnam editionis sint, folia, ac paginæ, quæ sub propositionibus singulis deinceps citandæ veniunt: sciat, eorum esse librorum, ac codicum, quos Lullianæ causæ Syndicus depositos habet penes Romanam Congregationem Illustrissimorum Cardinalium, á Sanctissimo dudum huic causæ sapientissimè Præpositorum.

Propositio prima, ex quinque Textibus.

Octode-

OCTODECIM igitur extant propositiones in Libro Sententiarum; quæ communioribus terminis explicandæ videntur. Quarum prima, sic habet: *Per sensitivum non dico quòd Trinitas sit demonstrabilis: cùm ipsa sensibilis non sit; neque imaginabilis; sed, secundum modum discursivum, quem habet Intellectus in attingendo, est ipsa Trinitas demonstrabilis: non Propter Quid, sed Per AEquiparantiam.* Folio 3. pagina 1. in Libro Sententiarum. 1.

¶ Eodem spectant quatuor alii Textus subsequentes: ubi sic loquitur Lullus: *Quando Intellectus non est discursivus per necessarias rationes circa veritatem Articulorum Fidei; sicut Intellectus Mechanici, aut alicuius alterius, qui stat ad positiones tantum; restauratur veritas Articulorum in credulitate Intellectus qui ipsos credit. Et huiusmodi restauratione multum indiget Intellectus; cùm omnes homines dispositi non sint ad investigandam veritatem Articulorum Fidei, & Sacræ Scripturæ, per necessarias rationes: sicut, mulieres,* etc. fol. 2. pag. 2. 2.

Credere, Intellectui est appropriatum per supremum obiectum: ut, per Fidem veritatem illam attingere possit; quam demonstrativè attingere non potest, propter aliquod impedimentum quod habet ratione subiecti, aut materiæ. Ibidem. 3.

Theologia, est Scientia proprie. Alioquin, Divinæ intelligibilitati esset iniuriatum, in quantum Intellectus humanus Trinitatem Divinam intelligere non posset secundum Magnitudinem obiecti, & secundùm magnitudinem ipsius Intellectus. Et sic, deficiunt, Divina Bonitas, Magnitudo, Æternitas, Potestas, à parte obiecti supremi, & à parte ipsius Intellectus. Quæstione prima. 4.

Miratus fuit Raimundus, quare consideravit quòd Pater, & Filius, de necessitate Spiritum Sanctũ spirant (ut suprà probatum est) cùm Beatus Iohannes non dixerit: Qui ab utroque procedit. Vnde Raimundus ad principia suæ Artis recurrit, ad investigandum de hoc veritatem, secundùm modum suæ Artis; per quem modum possunt authoritates Sanctorum exponi, & declarari, & cum rationibus necessariis concordari. fol. 11. pag. 2. 5.

Primo: Quilibet Textus ex prædictis est obscurus, & æquivocus. Quia prima fronte videtur innuere, quòd mysteria Fidei possunt demonstrari: vel, quòd possunt probari necessariò. Nodus.

Textus etiam secundus videtur indicare, Fidem, rusticis hominibus tantum esse necessariam.

Tertio etiam Lullus profiteri videtur, Quæstione prima, se probare velle Trinitatem Divinam aliquo genere demonstrationis, & Quæst. 15. Principiis suæ Artis, & quæst. 20. ratione naturali. Et idem videtur innuere de Incarnatione, quæst. 1.

Quarto, totus hic liber fundari videtur in hac doctrina, seu Arte.

Quomodo in supra dictis Textibus intelligat Lullus, Fidei mysteria posse probari; explicat ipse lib. de Convenientia Fidei, & Intellectus in obiecto, parte 1. sic: *Et ideo ego, qui verus Catholicus sum, non intendo probare Articulos contra Fidem; sed Fide mediante, cùm sine ipsa probare non* Enodatio.

F *possim.*

possim. etc. Vt supra Præludio 2. pag. 4.

Idem præterea explicat lib. de Disputatione Intellectus, & Fidei objectione, & Solutione. 2. sic: *Ait Fides ad Intellectum: Frater mi, non irascaris contra me, cùm sim causa, ut tu valeas exaltari etiam in hoc quod dispono te ad intelligendum; sicut tumet superius concessisti*, etc. ut supra Præludio. 2. pag. 2.

Per alios Lulli Textus, per Principia, & Regulas Artis Inveniendi veritatem, ab ipso editas, potest amplius mens eius, quoad hoc, explicari. Sed, facilius voce, quàm scriptis: ut sic melius ad communiores terminos revocetur; & verum omnino judicium de ea feratur.

Iuxta mentē Lulli, ut suprá explicatā, & amplius voce (si concedatur) explicandā; sequitur quòd in Textu segundo non intelligit quod subtiles viri ad Mysteria Fidei attingenda, non indigeant Fide; sed, quod ipsa non multum indigeant, respectivé ad rudiores homines, qui sola Fide, ea attingunt: cum subtiles attingant ea Mysteria simul ratione, & Fide; disponēte Fide ad rationem, non sine speciali Dei lumine habendam. Et hinc est quod, non ratione meré naturali probentur Mysteria Fidei; nec in principiis meré naturaliter cognitis fundentur probationes, & totus liber Sententiarum Lulli. Et sic, Theologiam, esse scientiam proprié; id est, intellectivé, Lullus intelligit in quinto Textu. Aliter enim, Divinæ intelligibilitati esset iniuriatum: eó quod ipsa, ut *Magna*, quoad extra, & decretū Divinum (quæ, & quod, involvunt pro tempore decretato, tales probationes, talem Theologiam, taliterq; intellectum inttelligentem, per quæ sic voluit Deus esse intelligibilis.) destrueretur: sicq; deficerent Divina *Bonitas, Magnitudo, Æternitas, & Potestas*; quæ, quoad extrà, etiā pro eodem tempore, supradicta involvunt ab æterno: sicut ipsa, Decretū involvit ut *Bonum, Magnum, Potens etc.*

Secunda Propositio, ex septem Textibus.

1. *SICVT elementum se habet ad elementandū; & leo, ad leonificandum; sic, & multo plus, Divina natura se habet ad naturificandum: & Deitas, ad Deificandum. etc.* fol. 4. pag. 2.

2. *Text. Natura Divina requirit agere, ut se habeat ad aliquē finē: sicut, & multo plus, anima se habet ad intelligendū, recolendū, & amandū,* fol. 6. pag. 2.

3. *Text. Sicut natura Divina requirit agere intrinsecùs, id est, naturare: sic sua Bonitas requirit bonificare; Magnitudo, magnificare; Æternitas, æternificare:* etc. Ibidem.

4. *Text. In Deo est potestas infinita: cum, quidquid est in Deo essentialiter sit infinitum. Infinita esse non posset; si de sua infinita Bonitate non possèt producere bonificatum infinitum; & de Magnitudine, magnum infinitum; & sic de aliis attributis.* Fol. 15. pag. 2.

Text.

Text. Unde, cùm Divina potestas sit purus actus infinitus; producit Infinitum de Infinito. Ibidem pag. 2. 5.

Text. Natura Diviua, est Pater, & est Filius: & sic de essentia, & attributis. Et, *Natura exigit naturare: cùm de conditione Naturæ sit agere, & per consequens, generare: quod est idem quod agere.* Fol. 17. pag. 1. 6.

Text. Si verum esset hoc quod tu dicis, Eremita; Verbum non esset à Patre simpliciter productum; sed, secundum quid; scilicet, secundum personam; & non secundum essentiam. Et sic, non esset simpliciter Filius, totus Filius; neque Pater, simpliciter totus Pater. Quod est impossibile, ut in personis non sit quantitas. Et sic, tua ratio non obstat. Et est declaratum, quod Filius sit essentialiter de essentia productus; sicut personaliter, de persona. Ratione cuius declarationis, est significatum quod essentia Filii relata ad personam Filii, sic est genita; sicut est ingenita, relata ad personam Patris: cum Patcr sit ingenitus. Fol. 17. pag. 2. 7.

Quilibet ex prædictis Textibus, est intellectu difficilis. Quia partim significare videtur; in Divinis, naturam, sive essentiam, & attributa essentialia, produci; & producere. Quamvis potius apparet, Lullum voluisse dicere in prædictis; personam unam alteri communicare naturam, essentiã, & attributa. Etsi modus loquendi, obscurus est, & enodatione dignus. **Nodus.**

Enodabuntur facillime prædicti Textus explicationibus daducenddis infrà, Sectione. 3. Art. 2, 3. 4. 5. 6. 16. 17. Eimerici. **Enodatio.**

Tertia Propositio.

PATER, *tribus modis diligit. Unus modus, est communis, scilicet tribus personis: alius, est proprius, secundum generationem: alius, proprius, secundum spirationem. Primus modus, & secundus modus, consistit in hoc, quod Pater diligit Filium naturaliter generare. Quia si non ita esset: ipsum non generaret contra suum velle. Et tale diligere, est proprium Patris.* Fol. 8. pag. 1.

Textus, in secundo modo videtur indicare, Filium in Divinis generari per amorem. **Nodus.**

Diligere proprium, secundũ generationem, intelligit Lullus esse appetitum naturalem Intellectus in Patre ad producendum Filium; seu, quo producit Pater Filium. Quod propterea ibidem ter appellatur; *naturalis appetitus, & id quo Pater diligit naturaliter Filiũ generare.* Sic solemus dicere, quod omne naturale agens, naturaliter appetit effectũ producere. Atq; etiam ibidem, modus proprius secundum spirationem, vocatur *diligere reflexionis, & contemplationis.* Additq;: *Spiritum Sanctum produci per amorem; & non per naturam, sicut producitur Filius.* Quo significatur, *diligere secundo modo, accipi ut explicuimus.* **Enodatio.**

Quarta Propositio.

P*OTENTIA generandi, in Divinis, absoluiè se habet: in quantum constituit unam communem proprietatem spirativam inter Patrem, & Filium.* fol. 9. pag. 1.

Nodus. Proprietas communis Patri, & Filio spirativa, videtur appellari potentia generandi.

Enodatio. Potentia generandi, dupliciter á Lullo accipitur. Primo modo, ut importat potentiam absolutam, intellectui, & voluntati cõmunem. Secundo, ut involvit notionem patris, & simul Intellectũ. Primo modo sumta, constituit proprietatem spirativam quæ dicit spirationem activam, volũtatem, & simul potentiam. Tunc ergo dicit Lullus, quod potentia generandi, in quantum communem proprietatem spirativam constituit, modo explicato; absolute se habet: id est, non secundo modo: sed, primo. Hoc idem sic explicat Textus ibidem, addens hæc verba: *In hoc stat potentia communis, & respectiva in prædicta generatione; in quantũ per unum modum potentia est proprietas paternalis; & per alium, Filialis: & ipsa remanet una communis indivisa: cum Pater, sit ipsa. Et generando Filium de toto se ipso; est Filius genitus de tota ipsa potentia. Et idem sequitur, suo modo, de spiratione passiva, quam, Spiritum Sanctum appellamus; qui est de Patre, & Filio. Ad quam, potentia se habet ita propriè, & communiter, secundum rationẽ passivæ spirationis; sicut se habet ad activam spirationem, suo modo, id est; sicut activa constituitur ex communi potentia, & ex notione propria Patri, & Filio; sic passiva est constituta ex eodẽ communi potentia, & ex notione propria Spiritui Sancto.*

Quinta Propositio.

D*EUS, non est in genere, quoad suam substantiam, quæ non est genus; sed, est in genere, quoad substantiam quæ est genus. Quæ quidẽ substantia, Deus non est.* fol. 10. pag. 2.

Intelligit Lullus, (ut ibidem innuit) genus esse quid potentiale: & sic,

Enodatio. Deum, qui per se omni caret potentialitate; non esse genus; neque, in genere, quoad suam substantiam. Esse tamen in genere, quoad substantiam quæ est genus, & non est Deus, sed substantia creata: ratione cuius, Deus extrinsecùs censetur esse in potentia; seu, ens potentiale; quatenus in uno tempore ipsam potest creare, gubernare; &c. ipsam non creans, nec gubernans, &c. Et sic censetur esse in genere, & in esse potentiali. Propterea ibidem Lullus explicat, quicquid de Deo potentialiter effertur; eo modo se habere ad Deum; quo, ad eumdem se habet creatio, in ratione prædicati communis, denominantis Deum creantem, seu Creatorem. Qui, dicitur *potens creare*, quoad creationem ut futuram; & dicitur *creans*, quoad creationem ut præsentem tempore decreto.

Sexta Propositio.

INTER Filium, & Spiritum Sanctum distinctio esse non posset; nisi inter ipsos esset perfecta; et in ita Magna Bonitate, AEternitate, & Potestate; sicut est inter Patrem, & Filium: & inter Patrem, & Spiritū Sanctum: inter quos est proprietas distinctiva, & constitutiva in subiecto personali. fol. 11. pag. 2.

Videtur dicere, esse distinctionem inter Filium, & Spiritum Sanctum, in Bonitate, AEternitate, & Potestate. Nodus.

Intelligit Author, quòd distinctio est inter Filium, & Spiritum Sanctū perfecta; & *in ita magna Bonitate, Æternitate, & Potestate*, id est, tam bona, æterna, ac potens; sicut est inter Patrem, & Filium; tum, inter Patrē, & Spiritum Sanctum: hoc est, quòd, sicut Pater, de sua Bonitate, Potestate, & Æternitate producit Filium, & Spiritum Sanctum: sic de eadem producit Filius Spiritum Sanctum. Et sic est in Filio ad Spiritum Sanctum proprietas distinctiva, & constitutiva productivè; sicut in Patre, ad utrūque. Enodatio.

Septima Propositio.

NISI humana voluntas haberet habitum Charitatis; non haberet naturaliter libertatem ad diligendam summam charitatem. Immò esset pura passio, mota sicut instrumentum, ad diligendum Spiritū Sanctū: & hoc, simpliciter, sine merito. fol. 13. pag. 2.

Non videtur in nobis agnoscere ullum amorem Dei naturalem; qualis potest esse in peccatore attrito: sed, solum amorem ex charitate. Nodus.

Loquitur Lullus de supernaturali, ac meritoria dilectione: ut patet ex ultimis verbis Text. Et posse sic diligere Deum, per gratiam excitantem, vocat habitum charitatis: ut patet ibidem. Sæpè enim actus, ut possibilis in principio activo, vocatur habitus à Lullo: seu, *esse habituale*, & activitas, ad sic diligendum Deum, ibidem vocatur *natura*: eo quod ab ea, seu ipsa mediante, nascatur, seu nasci possit actus. Vnde, ibi adverbium *naturaliter*, idem est quod *nascibiler*, seu, *activè*, sicut, *super naturaliter*, idem est, quod supra omnem, activitatem creatam. Et ita, Lullus non negat in peccatore attrito Dei dilectionem inferiorem: sed, ad superiorem, affirmat necessariam esse naturam: id est, activitatem, per gratiam excitantem. Et sic, à Lullo hic activitas, *natura* appellatur. Sicut, *hæc est natura gratiæ*, communiter dicitur. Enodatio.

Octava Propositio.

VERVMTAMEN, propter antiquam charitatem, homo mortuus in peccato, sic minorem habet pœnam in Inferno; sicut homo, qui, primò lapsus in peccatum mortale, posteà decedit in charitate, puniri debet in Purgatorio; nisi in hac vita pænitentiam egerit. fol. 14. pag. 2.

Nodus. Propsitio, declaratione, & limitatione indiget: scilicet quoad primam

Enodatio. partem. In qua planè vult Lullus, quòd, sicut in Purgatorio pœna infligitur iusto pro perpetrato peccato pro quo in hac vita non satisfecit; sic, dãnato in Inferno minuatur pœna, pro merito hic habito. Quod, nõ de essentiali pœna damnati; sed, de accidentaria, intelligitur.

Nona Propositio.

ANIMAE, non sunt æquales secundum existentiam; neq; per consequẽs, secundum operationem. Sicut anima Beati Petri, quæ maior est, quàm anima Beati Guliermi. Quia, si æquales essent; plura inconvenientia sequerentur: cùm in Patria non sit dare vacuum. Quod esset, si animæ essent æquales. Sicut anima Beati Guiliermi; quæ tantum gloriæ non meretur, sicut anima Beati Petri. Et sic, anima Beati Guliermi, vacua gloria remaneret. Ratione cuius vacuitatis, plenam gloriam non haberet. Et sic, illa quantitas substantiæ, per quam maiorem gloriam recipere posset; esset à Deo creata superfluè: & impediret quod anima perfectam gloriam non haberet. fol. 14. pag. 2.

Nodus. Probare videtur, animas esse inæquales secundum essentiam; si nomine existentiæ, essentiam intelligat. Et videtur supponere, gloriam homini dari secundum naturalia, & ex naturalibus.

Enodatio. Existentia animarum quæ sunt prædestinatæ (de quibus Lullus Textũ intelligit: ut patet ibidem) involvit esse actuale animarum; & simul, esse futurum: ac sic, potentiale gratiæ, & gloriæ, ad quas existunt prædestinatæ. Intelliguntur ergo inæquales, non quoad primum esse: sed, quoad secundum: & consequenter, quoad operationẽ meritoriã hic, & beatificã ni Patria. Si enim anima Beati Guliermi (verbi gratia) æqualis esset secundũ esse potẽtile prædictũ, animæ Beati Petri, vacua illa in Patria remaneret: cum sit minus beata; eo quod minora habuerit merita. Et sic, quantitas substantię, id est, substandi sic potentialiter, frustrà esset creata, & prædestinata: quatenus ad actum suum, seu esse actuale, non reduceretur. Dicitur autem dictum esse potẽtiale, creatum simul cum anima, ratione animæ creatæ: vel esse sic creatum, idem est, quod esse volitum. Quòd animæ, modo tantũ supra explicato inæquales intelligantur à Lullo in Textu; patet ex eodem, quatenus ponit tamquam certum, inæquales esse, animam Beati Petri, & animam Beati Guilermi; quas solùm, modo supra explicato inæquales esse, est certum. Secundò, quatenus addit, seu infert, tamquam inconveniens, ex æqualitate, quod remaneret vacua in Patria anima Beati Guilermi. Quod, verũ non esset; nec incõveniens; nisi prout esset æqualis animæ beati Petri

secundum

secundum supradictum esse potentiale. Tertio patet, in quantū quantitas æqualitatis in anima *Beati* Guliermi, dicitur id per quod ipsa maiorem gloriam recipere posset. Quod posse, est dictum esse potentiale. Idem ex eadē Quæstione posset multipliciter colligi.

Decima Propositio.

ANIMA, *quæ est finita; limitat ipsam charitatem; in quantum plus recipere non potest secundum suam quantitatem naturalem.* fol. 14. pagina 2.

Indicare videtur; charitatem recipi in anima secundum potentiam animæ naturalem. **Nodus.**

Intelligit Author, quòd anima, ut finita, secundum esse potentiale, seu futurum, charitatis, limitat ipsam charitatem secundum esse actuale; eò quòd plus recipere non potest secundum suam quantitatem naturalem supradicti esse potentialis. Quæ, naturalis vocatur; eò quod ipsam habeat anima ab instanti suæ nativitatis: id est, creationis. Colligitur explicatio ista, ex supradicta ad Propositionem Nonam, & ex his verbis consequentibus ad Decimam ibidem: *Et per virtutes acquisitas, & gloriam determinatam per IustiamDei, & Providentiam.* **Enodatio.**

Vndecima Propositio.

PRAETEREA, *unus, duo, tres, in Divinis, dicunt rem absolutam. Sicut Guliermus, qui absolutè est unus homo: & Martinus, alius. Et oportet quòd hæc alitas remaneat simpliciter inter Guliermum Patrem, & Martinum Filium: cùm Guliermus sit unus, individuus; & Martinus, alius: & unus; sit unus homo. Sed, in Beatissima Trinitate, non est sic simpliciter; sed secundum quid: Sicut Pater, qui absolutè est unum Individuum; Filius, aliud; & Spiritus Sanctus, aliud.* Fol. 16. pag. 1.

Textus est corruptus ac depravatus quoad ultimam partem; in qua, pro adverbio, *non absolutè*, fuit positum, *absolutè*, ab Impressore, vel Transumtore: & sic, Textus sensus est: Vnus, Duo, Tres, in Divinis (id est, unus, alius, & alius; hoc est, Pater, Filius, & Spiritus Sanctus) dicunt rem relativam: ut priùs asserit Textus: id est, Paternitatem, Filiationem, & Spirationem passivam: & nunc addit, quòd dicunt rem absolutam; sicut Guliermus Pater, qui est unus homo, & Martinus Filius, qui est alius homo. Sed alietas inter ipsos est simpliciter, scilicet secundum naturam, & subsistentiam, & relationem. At, in Beatissima Trinitate, non est sic simpliciter, sed secundum quid: scilicet, secundum subsistentiam, seu, esse relativum. Sicut Pater, qui non est absolutè, id est, qui relativè est unus individus: & Filius, **Enodatio.**

 alius

alius: & Spiritus Sanctus, alius. Masculinè enim, unus, & alius, ponuntur in Originali. Adverbium *non absolutè*, fuisse corruptum, vel inde colligitur, quia sine negatione nullum reddit sensum. Quem, optimum, & cohærentē cum antecedentibus, & consequentibus, habet cum negatione: præsertim quæ sæpè ibidem inferius additur adiectivo nomini, *absolutum*, ad significandum *esse relativum*. Et sic sæpe legitur *non absolutum*, id est, *relativum*.

Duodecima Propositio.

P*ATER, constituendo Filium determinatum, distinguit Filium à se ipso, & à Spiritu Sancto. Pater, & Filius, costituunt Spiritum Sanctum: & à se ipsis ipsum distingunt.* Fol. 16. pag. 2.

Enodatio. Non dicitur quod formaliter constituat, & distinguat Pater Filium; & uterque Spiritum Sanctū: sed, productivé, seu activè, ut ait Textus. Nam formaliter filiatio constituit, & distinguit Filium: & spiratio passiva, Spiritum Sanctum. Illud adverbium, *activè*, quod in Originali reperitur; fuit ab Impressore prætermissum: & significat in esse constituto, ac notionaliter distincto, Filium esse á Patre productum: & Spiritum Sanctum, ab utroque.

Decima tertia Propositio.

D*EVS in Creaturis agit duobus modis: scilicet, immediatè, & mediatè. Immediate, quando creat creaturam sine Instrumento, & aliquo alio iuvamine extraneo, etc. Agit increaturis mediatè; sicut in igne, cum Sole, multiplicans calorem ignis in calefacto. Et hoc quod Deus agit; est coadiuvamen Soli, igni, & calefacto. Et hoc quod Sol facit in igne; & ignis, in calefacto; est natura, sive actus naturalis: & sic de aliis rebus naturalibus. Quæ, ita indigent adiutorio Dei in agendo; sicut in gubernando.* fol. 21. pag. 2.

Idem: Deus agit in rebus creatis duobus modis; immediatè, quando creaturā producit de non esse ad esse: mediatè, quando cum una creatura conservat aliam. Sicut Deus, qui cum motu Cœli, qui est creatura; conservat motum elementorū, qui etiam est creatura. fol. 24. pag. 2. & clarius. fol. 26.

Nodus. Videtur indicare, Deum non agere immediate in omnes effectus; nisi tantum in creatione rerum; sed in aliis effectis, mediaté tantum: quatenus dedit virtutem causis secundis; easq; gubernat: ut colligitur ex fol 26. pa. 1 ubi sic ait: *Sol agit in hortum mediatè, dando suam similitudinem, & virtutem Veneri; & Venus, illam dat Mercurio; & Mercurius, Lunæ; & Luna, elementis; & ipsa, dimittit eam usque ad hortum successivè.* Ad hunc igitur modum videtur sentire, quod Deus agit mediatè in omnibus, præter quam in creatione rerum.

Dupliciter una causa dicitur agere mediatè, seu mediante alia causa. Primò, producendo, & conservando aliam. Secundò, sic, & simul producendo alterius effectum per aliam actionem ab utraq; causa promanantē. Primus modus, est proprius creatæ causæ. Vt patet ex adducto Textu in ipso Nodo, ex Quæstione 44. in qua, nulla de medio agendi Dei, fit mentio. Secundus modus competit Deo: quo Deus agit partim mediate, partim immediate. Sed, ipso mediate dicitur agere; ut modus agendi mediate, etiam dicatur de Deo. Et sic, modus agendi immediate, relatus in Textu, negat concursum causæ secundæ cum Deo: quem concursum admittit modus agendi mediate: ut significat Textus, quatenus ait: *Deus agit immediatè; quando agit sine instrumento, vel aliquo alio juvamine extraneo: mediatè verò, quando agit cum ipso: ut, cum Sole etc.* Quod sic *mediatè agere*, non negat actionem causæ secundæ à Deo quoq; emanare. Patet ex verbis illis: *Et hoc quod Deus agit; est coadjuvamen Soli: & hoc quod Sol facit; est natura, sive actus naturalis.* Quod est dicere; eamdem actionem, ut est à Deo; esse iuvamen; &, ut est à causa secunda, esse actum naturalem. Ei ibidem inferius applicatur distinctio agendi mediate, & immediate, ad propositum pro quo adducitur: scilicet, *prædestinatum salvari à Deo, non immediatè; sed mediatè: videlicet, mediantibus bonis operibus, & meritis prædestinati.* Quo, Lullus non negat salvationem oriri à Deo; sed oriri sine meritis, seu sine concursu morali meritorum. Enodatio.

Decimaquarta Propositio.

DE esse essentia hominis est suus calor naturalis, & sua vegetativa, qua se ipsum conservat ad vivendum, coadiuvantibus illis, quæ de extra veniunt. fol. 24. pag. 1.

Vel accipit Lullus calorem naturalem radicaliter, pro substantia illa a qua oritur: vel hominem accipit, ut constitutum ex essentia, & potentiis naturalibus; inter quas, una est, calor naturalis. Nam Lullus ibi tantum vult, & asserit, in homine esse aliquid, quo se conservat ad vivendū coadiuvantibus rebus extrinsecùs advenientibus, potu, cibo, etc. Enodatio.

Decimaquinta Propositio.

QVAM scilicet contradictionem Deus facere non potest; scilicet, quòd Angelus sit annihilatus, & æviternatus simul, & semel. Sed, Deus bene potest annihilare equum Martini; & sic de aliis corruptibilibus, quæ in æviternitate non sunt posita. Sed illa quæ sunt posita in ęviternitate, Deus annihilare non potest; post quam illa vult esse ęviterna. fol. 25. pa. 1.

Docere videtur, Angelum, eò quod sit æviternus; a Deo annihilari non posse: quia id contradictionem dicit. Nodus.

 Intelligit

Enodatio. Intelligit Author, Angelum æviternatum esse; seu, positum in æviternitate; idem esse quod, cognitum, & volitum esse, ut fine fine duraturum: & sic, æviternatum esse, & simul annihilatum, implicare contradictionem: quam, Deus facere non potest. Potest tamen annihilare equū, & cetera corruptibilia. Annihilare, inquam, secundum formam: quòd amplius secundum ipsam non sint futura. Dicitur tamen quòd Deus annihilare non potest æviterna; sumto, *posse*, pro actu secundo; id est, non vult, nec cognoscit æviterna esse annihilanda.

Decimasexta Propositio.

CONSIDERAVIT Raimundus investigationem quam fecit; ut materiam in Angelo posset invenire: & dixit, quòd omne Bile *quod invenit in primis principiis, ex quibus Angelus constitutus est; sicut Intelligibile, Amabile etc. faciunt, & constituunt unam materiam Angeli. Et per consequens, quòd omnes* Ivi, *qui coëssentiales sunt in Angelo sicut, Intellectus, Amativus, &c. faciunt, & constituunt unam formam Angeli. Et quòd omnia* Are, *sicut, Intelligere, Amare etc. quæ sunt ex essentia formæ, & materiæ, sunt una connexio, & vnus actus, per quem forma Angeli, & materia, se invicem coniungunt, & tertium constituunt, & componunt: quod est, substantia Angeli.* fol. 26. pag. 2.

Nodus. Operationem Angeli, videtur appellare substantiam Angeli. Sicut, & de anima hominis dixisse videtur. Et Angelum esse compositum ex materia, & forma, modo quo Textus explicat.

Enodatio. In qualibet re creata, in qua est activum, & passivum; vocat Lullus activum, formam: passivum, materiam: & coniunctionem utriusq; actum. Et sic, in Angelo, Intellectivum, & amativum, est forma, intelligibile, & amabile, (id est, intellectus, & voluntatis patibile) dicitur materia: intelligere (id est intellectivi, & intelligibilis constituere, quo constituunt Intellectum) dicitur actus, scilicet, constitutivus. Et similiter, constituere quo amativū, & amabile cōstituunt voluntatem; dicitur amare cōstitutivū. Sic, de bonificativo, bonificabili, & bonificare est dicendum. Et pari modo, in magnitudine, potestate etc. Et sic, actus huiusmodi, non sunt externi, nec productivi, nec accidentales: sed substantiales, intimi, & constitutivi; quibus activum, & passivum constituūt rem quæ est activa & passiva.

Decimaseptima Propositio.

EREMITA, dico tibi quòd in quolibet homine (supposito quòd peccatum Originale, nec actuale esset in ipso) natura humana avantagium haberet super naturam Angelicam. fol. 28. pag. 2.

Videtur

Videtur asserere, hominem existentem sine peccato, esse nobiliorem Angelo, quoad naturam. Quia quantum ad animam, est æquè spiritualis, atq; Angelus. Et præterea, habet corpus. Et sic, est nobilior per intensum, & extensum simul, quàm Angelus. Sic loqui videtur Lullus. **Nodus.**

Intelligit Lullus naturam humanam, nullo umquam vitiatam peccato, qualis est Christi natura; avantagium habere super naturā Angelicam: hoc est, utramq; esse sine defectu; & *Esse* spirituali constare: & humanam insuper, ex *Esse* corporali constare. Idcirco ibidem addit Lullus: *Natura hominis, magis est extensa, quàm natura Angeli.* Tamen, absolutè perfectiorem esse Angelicam, sentit Lullus, dicens ibidem: *Angelus, nobilior est quàm natura humana; cùm non habeat nisi unam naturam: & ipsa est, ut ipse sit persona. Sed, anima hominis, non: & sic, de corpore.* Idem sentit, lib. de Anima rationali, Parte prima, Quæst. minuta quinta, & aliis lib. **Enodatio.**

Decimaoctava Propositio.

NEQVE *Deus peccatorem juvare potest; dum suum intelligibile, & amabile sunt infirma. Et hoc est, quia Deus participare non potest per suam* Bonitatem, *& Virtutem, cum malitia, & vitio.* fol. 29. pag. 1.

Videtur iudicare, peccatori existenti in peccato, nō posse dare auxilium, ut ab illo resurgat; quia præjudicaret suæ bonitati Deus, communicando cum malitia. **Nodus.**

Explicatio huius Propositionis copiose tradetur infra, Sectione Tertia, ad Articulum. 60. Eimerici. **Enodatio.**

SECVNDA PARS

Explicans undecim Propositiones controversas ex Questionibus M. R. Lulli *ad Thomam Attrabbatensem.*

Prima Propositio.

HVMANITAS, *in Christo, non dat esse humanum: hoc est; non facit hominem; sed, suppositum Divinum, de natura humana facit hominem.* Et mox: *In supposito Christi, Divinitas, sive Filius Dei, est forma antiquā, & æterna, qui Deus est: & ipsa forma informat hominē dē humanitate informando se hominem. Et sic dico, quòd una forma est in Christo: & illa*

& illa est Divina natura; quæ, cum Deo Filio convertitur; cùm sit idem numero. Et ibidem: *Forma humanitatis remanet realiter in illo supposito; sed, passivè, sub forma Divina possessa.* Quæstione 1.

Enodatio. Quærit Lullus in citata Quæst. cùm Christus sit unum suppositũ, ex duplici natura, scilicet Divina, & humana; quænã sit forma illius: scilicet, ratio suppositans. Et respondet, quòd Deus, factus est homo de natura humana, facta in Divino supposito: & quòd humanitas in Christo non dat esse humanũ: hoc est, non facit hominem: id est, non adfert propriam subsistẽtiam qua fiat homo: sed suppositum Divinum de natura humana facit hominem, faciendo se hominem per humanitatem, ex qua tamquam de natura, fit homo: & ideò in illo supposito Divinitas, sive Filius Dei, est forma antiqua, & æterna, qui est Deus: forma, inquam, id est, ratio suppositans. Et hæc, de humanitate, tamquam de forma in ratione naturæ totalis, informat hominem: id est, sic facit hominem, informando se hominem, id est, sic faciendo se hominem; atq; ita una est forma in Christo: id est, ratio suppositans; & hæc, est natura Divina, quæ cum Filio Dei convertitur identicè, ut suppositata. Et ita, forma, seu ratio humanitatis, id est, quæ est humanitas; remanet realiter in illo supposito: sed, passivè, sub forma Divina possessa: id est, suppositata sub Divina suppositante.

Secunda Propositio.

V*TRUM Deus, ad preces proborum, aliquid mutet de futuris ab ipso præscitis? Teneo de ista Quæstione affirmativè. Et non sequitur, quòd Deus sit variabilis in se: sed hoc quod recipitur in hac vita ab ipso, variabile est. Quæst.* 3.

Nodus. Proponit simpliciter quæstionem: & respondet absolute, sine distinctione affirmative. Cùm potius distinguendum esse videatur de Decreto absoluto, & conditionato.

Enodatio. Tam quæstio, quàm solutio, à Lullo intelligitur de futuris conditionabilibus. Hæc enim tantum sunt, quæ variari possunt ad esse futurum absolutè; & ad non esse sic futurum. Et patet ex quodam ibidem adducto simili, de Sole intrante in cubiculum per fenestram, secundum figuram fenestræ. Item, ex authoritate Iesaiæ ibidem adducta de Rege Ezechia; *Dispone domui tuę*, &c. Idem patet ex Textu quo suprà dicitur, *Angelum non posse annihilari, postquam est positus in æviternitate.*

Tertia Propositio.

H*OMO eligit alium terminum oppositum Deo; id est, peccatum; per suam liberam voluntatem: non tamen per liberum arbitrium creatum: sed per hoc, in quo homo dependet, in quantum est de nihilo productus.*

Et mox, *Homo, existens in libero arbitrio; potest eligere bonum, per liberum arbitrium creatum: & malum, per liberum arbitrium quod non est creatum.* Quæstione. 4.

Cum homo peccet; & sit peccabilis; non ratione suæ perfectionis: sed, ratione suæ imperfectionis: & ipsa sit nihil: & nihil, sit increatum, quod ex se habet homo: & perfectio hominis sit quid creatum, per quod homo facit, aut potest facere bonum: sequitur quod homo peccat per liberum arbitrium non creatum: id est, ratione suæ imperfectionis: non verò, creatum, seu ratione suæ perfectionis. Et ideo, peccat per suam liberam voluntatem: quæ, quatenus sua, imperfecta est; seu nihil. Et sic, peccat homo per hoc in quo dependet, in quantum est de nihilo productus. Hæc enim est hominis imperfectio. Qua quidē Christus caret secundum subsistentiam: ac propterea est impeccabilis. Enodatio.

Quarta Propositio.

P*ATER, de sua bonitate generat Filium in bonificando, & generando, ut Filius sit bonus; & sit ipsamet bonitas: cùm sit genitus de tota ipsa.* Et mox: *Pater, & Filius spirant Spiritũ Sanctũ, & ad hoc concurrunt æqualiter omnes dignitates; id est, attributa: ut Spiritus Sanctus sit bonus, per bonificare; magnus, per magnificare; & sic de aliis attributis Dignitatum. Alioquin, dignitates essent in illa spiratione ociosæ. Quod est impossibile. Concluditur ergo, quòd Pater spirat Spiritum Sanctum cum bonificare, magnificare. etc.* Quæstione. 8.

Intelligit Lullus, quòd ratio proxima, qua Pater generat Filium; est Intellectus: & proxima, qua uterq; spirat Spiritum Sanctum; est voluntas. Et quod cetera attributa, remotè, per Intellectum, concurrunt ad generationem; & per voluntatem, ad spirationem. Et quod sic, Filius, & Spiritus Sanctus, producuntur de tota essentia, bonitate etc. producentis. Et quod sic, nulla ratio, seu dignitas, existit ociosa. De his, plura dicuntur ad Art. 2. Eimerici. Hanc explicationem confirmat Textus, prout inferius addit: *Et in ipso spirare, sunt omnes actus dignitatum, ita sub ratione amandi, sicut in generatione Filii, sub ratione intelligendi.* Enodatio.

Quinta Propositio.

S*ARRACENI, salvari non possunt; cùm sint damnati per peccatum Originale.* Quæstione 8.

Sarraceni, eo quod sint deviati, per peccatũ Originale; dicuntur, seu intelliguntur non posse salvari, ut deviati. Legendum est verò, Enodatio.

deviati, & non, *damnati*. Nam Textus corruptus est: ut per se patet. Tum etiam, quia inferius addit: *Illi qui deviati sunt à medio; salvari non possunt: cũ finis sine medio haberi non possit. Sarraceni autem salvari non possunt: cùm sint deviati per peccatum Originale*. Sic communier dicitur: *Nemo sine Fide potest salvari*.

Sexta Propositio

V*TRVM, si Sacerdos me absolvat a peccato, cum pœnitentia, quam mihi injungit; & ego sim cum bona voluntate satisfaciẽdi; & post aliud tempus amittã istam bonam voluntatem; & non faciam illam pœnitentiam; utrum sim absolutus? Solutio. Fracto medio, frangitur duratio formæ, & finis. Et principium non se posset habere ad finem per lineam continuã; & destruitur influentia, & restuentia absolutionis. Vnde sequitur, quòd negatio quæstionis est tenenda*. Quæst. 21.

Enodatio. Intelligit Author Textum, de absolutione à peccato, quoad pœnam temporalem, solvendam in hac vita, aut in Purgatorio: non autem, de absolutione á peccato quoad culpam. Ex eodem Textu colligitur explicatio. Quia absolutio à peccato per iniunctam pœnitentiã, non fit quoad culpam; sed, quoad pœnam. Nam, quoad culpam, fit per Sacramentum. Intelligitur autem fieri quoad pœnitentiam totaliter, vel partialiter. Totaliter quidẽ, si pœnitentia injuncta æquivaleat pœnæ debitæ. Partialiter vero, si non æquivaleat. Vt patet ex sequenti propositione.

Septima Propositio.

V*TRVM, per levem pœnitentiam, quam Sacerdos mihi injungit; si eam faciam; sim liberatus à pœna, & culpa. Solutio. Si culpa est magna in anima; & pœnitentia, levis in corpore; ratione improportionis, peccator non est liberatus à culpa: nec per consequens, à pœna. Sed, si culpa est parva in anima, & æquipollet pœnitentiæ corporis; liberatus est peccator à pœna, & culpa, Item, si culpa est magna in anima; & pœnitentia est levis in corpore; sed, contritio, & dolor, & culpa, æquipollent in anima; ratione virtutis Sacramenti liberatus est peccator à pæna, & culpa*. Quæstione. 22.

Enodatio. Solutio negat, quando culpa est magna: id est, mortalis; & pænitentia solũ est corporalis. Nam tunc, propter improportionem pænitentiæ ad culpam; nec ab ipsa, nec a pœna liberatur peccator. Affirmat verô, quando culpa est parva in anima: hoc est, venialis; & pœnitẽtia corporalis, est æquivalens. Sentit enim quod voluntas faciendi corporalem pœnitentiam contra peccatum veniale, involuit displicentiam peccati talem, quæ sit sufficiẽs dispositio, saltem cum Sacramẽto, ad tollendam culpam venialem: & quod posteà, corporalis pœnitentia, si sit æquavalens; satisfacit pro pœna. Affirmat de

mat deniq;, si culpa est mortalis; & ipsi quoad culpam, & pænam æquivaleat dolor, & contritio ratione Sacramenti; quod non solùm tunc tollit culpam; sed etiam totam pœnam. Cum enim pœnam temporalem minuat, magis, vel minus; iuxta maiorem, vel minorem intensionem doloris, & contritionis: hinc est, quod, quando dolor erit tantus; quod ratione Sacramenti æquivaleat toti pœnæ; tunc, ipsam totam dimittet.

Octava Propositio.

ET quando quæritur; utrum ille dies, scilicet Iudicii, sit naturalis? Respondeo, quòd erit dies æviternus. Quæstione 31.

Intelligit, quod dies Iudicii erit Æviternus; eo quod in perpetuum damnati cruciabuntur; & sine fine beati Deo fruentur. Vel, eo quod dies in quo fiet iudicium, seu proferetur Sententia; nocte succedēte carebit. Iam enim quiescente Sole, intelligit Lullus faciendum Iudicium; seu, proferedam Sententiam. Enodatio.

Nona Propositio.

IN momenco recipit masculinitatis figuram, aut fœmininitatis, cum puncto quantitatis, & in instanti temporis sit genitum. Quæstione. 35.

Quærit, utrum momento fiat masculus, aut femella figuraliter. Nodus. Quod, idem esse videtur, ac quærere, utrum in matrice, mas, & fœmina formentur in instati? & Respondere videtur, ut ait propositio. Quod tamen, non nisi de Christo dicitur; quod scilicet formatus sit in instanti.

Licet de solo Christo dicatur, quòd fuit in instanti formatus: nō propterea hoc de alio affirmare censendus est Lullus per ea verba quæ in ista nona propositione continētur. Nam ibidem immediatè antè, ait: *Humidum spermaticum in matrice mulieris, convertit humidum nutrimentale quod invenit, generando per generantem naturalem, & cum adiutorio corporum supracælestiū: ita quòd sperma corrumpitur; & de ipso fit fœtus genitus; in quo, motus transmittentis quiescit in movendo, & lineando, augmētando, & nutriendo: & depuratur in matrice mulieris: sicut aurum in fornace.* Quæ planè, in tempore, & per motum dicuntur fieri: & ad formationem naturalem hominis pertinēt, ac nequaquam de Christo dici possunt. Et fortè, *momentum*, in Propositione, significat breve tempus, in cuius ultimo instanti fœtus generetur. Enodatio.

Decima Propositio.

VT Pater sit bonus, per bonum agere facit se bonum, in producendo Filiū. Et mox: *Quia Deus Pater se facit bonum; disponit homini virtutes morales, per quas se possit facere bonum.* Quæst. 44.

Enodatio. Intelligit Lullus, quod Pater Divinus in producendo bonum Filium, per *bonum agere*, se facit bonum; non formaliter; sed, terminative: hoc est, producit bonum Filium, quo, terminativé Pater est bonus. Sicut terminative est bonus á creatura quam producit. Sic dicitur ibidem, *quòd Deus se facit bonum quoad extra*. Quod, non nisi terminativé intelligitur. Et sic dicitur ibidem, *quòd ideò creavit Deus bonum hominem, & quia Deus Pater sic se facit bonum, disponit homini quod se faciat bonum per virtutes morales, terminativè, & formaliter: cum utroq; modo possit fieri bonus*. Et additur ibidem: *Et sic de Sole, qui formaliter est bonus, & effectivè, id est, terminativè, per effectum, se facit bonum in faciendo bonum*, & verbum *facio*, in Divinis ad intrá, impropriè accipitur á Lullo: ut infra constabit in Explicatione ad Art. 2. Eimerici.

Vndecima Propositio.

QVONIAM, *sicut Deus est ita magnus per suam bonitatem; sicut per suum Intellectum: oportet quòd, sicut Deus intelligit se, per suum Intellectum; ita bonificet se, prr suam bonitatem. Alioquin, sua bonitas, & suus Intellectus, non essent æquales in magnitudine potestatis* etc. *Quod est impossibile. Sed, Deus se bonifacere non potest; cùm sit bonus formaliter, æternaliter, & infinitè: sed, ratione finis, bonificat se; in quantum Deus Pater facit se bonum in producendo Filium bonum. Vnde sequitur, de necessitate esse in Deo productionem personalem.* Quæstione: 5.

Enodatio. Intelligit Lullus hanc propositionem, sicut decimam: ut clariùs ostenditur per partem posteriorem, quæ explicat priorem. Et bonitas non concurrit ad producendum, proximé; sed, remoté: ut infra constabit in Explicatione ad Art. 2. Eimerici.

TERTIA PARS,

Explicans Propositiones controversas in Quibusdam Quæsitis.

Prima Propositio.

QVAERITVR; *Quid est Deus? Solutio. Deus, est illa Bonitas, quæ æternaliter, & infinitè est ratio bono, quòd agat bonum æternum, & infinitum.*

Secunda Propositio.

QVAERITVR; *Quid habet Deus in se coëssentiale, substantiale, & naturale? Solutio. Deus habet in se coëssentialem, substantialem, & naturalem Deificantem, Deificabilem, & Deificare; hoc est Beatissimam Trinitatem. Alioquin, potestas non esset in Deo, per quam posset esse Deitas sustetata: neq; naturā haberet ad concretum, quod est, Deus. Neque in ipsa Deitate potestas haberet suam definitionem, in hoc, quod in ipsa Deitate potestas nō esset hoc, per quod Divina* Bonitas, *Magnitudo* &c. *Possunt existere, & agere.*

Explicabitur utraq; Propositio commodius infrà, sub Explicationibus ad Articulos. 2. 8. & 9. Eimerici. **Enodatio.**

Tertia Propositio.

QVÆRITVR: *Quid habet Angelus in se, sibi coëssentiale, substantiale, & naturale? Solutio. Angelus habet in se formam, & materiam, & conjunctionem, ex quibus est constitus substantialiter, essentialiter, & naturaliler. Alioquin, non haberet ex quo esset: neque sua principia possent in Esse Angeli quietem habere: neque ipse Angelus posset in se existere, & agere naturaliter.*

Explicata iam fuit hæc propositio sub Enodatione Propositionis decimæsextæ suprà, in Prima Parte. **Enodatio.**

QVARTA PARS,

Explicans Propositiones de Eucharistia, controversas in Quæstionibus. 126. 127. 128. 129. Lib. Sententiarum: & quidquid Lullo de eadem materia objici posset.

Prima Propositio, ex Textu multiplici.

PRIMVS Text. *Cùm in Beatissima Trinitate sit generatio, & spiratio, sine motu, loco, & tempore, & quantitate, & sic de consimilibus quæ sunt de sensitivo, & imaginativo; à simili, in Altaris Sacramento, quod fit per translationem panis in Corpus Christi: & sic de vino, in suum*

sanguinem: substantia panis, (& sic de vino) dimittente sua accidentia, & existente sub accidentibus Corporis Christi; consistit sine motu locali, & aumentatione quantitatis, & successione temporis. Et talis operatio, est illud speculum, in quo magis præsentata est operatio Sanctæ Trinitatis. Quæst. 126.

Secundus Tex. *Quando dicitur: Hoc est corpus meum; in pronomine, Hoc, non est substantia panis in corpore Christi realiter; sed, signativè. Neque in hoc verbo, Est; neque iu hoc nomine, Corpus; sed, in hoc pronomine, Meum.* Quæstione. 127.

Tertius, Tex. *Veruntamen, secundum aliud instans eveniens, eàdem substantia panis, post transubstantiationem factam in corpus Christi, transmutari potest in aliud corpus; scilicet, in corpus panis; recipere prima accidentia, quæ dimittit sine subiecto.* Quæstione. 129.

Nodus. Ex prædictis Textibus videtur colligi posse; substantiam panis, secundum suum esse, remanere post consecrationem in Eucharistia, certo quodam modo novo. Ex primo quidem Textu; ubi dici videtur, substantiam panis, & vini, existere sub accidentibus corporis Christi. Ex secundo autem; ubi dici videtur, non ante, sed post pronomen *Meus*, substantiam panis esse in corpore Christi realiter. Et ex tertio; vbi dicitur, eamdem sabstātiam panis, post transmutationē in corpus Christi, posse in aliud corpus tranimutari, & recuperare accidentia dimissa. Sicut substantia argentea Scyphi, quæ figuram dimissam recuperare potest.

Enodatio. Dupliciter aliquid in aliud transit, transfertur, trasmutatur, transubstantiatur, & convertitur. Primò, totaliter, per totalem sui desitionem, & alterius pro se substitutionem. Secundò, partialiter: scilicet, per suæ formæ desitionem, & introductionem alterius formæ, in eàdem materia, seu subiecto. Prior conversio, est supernaturalis; & solùm, in Eucharistia. Posterior, in aliis rebus reperitur. De priori tantùm intelliguntur á Lullo Textus supradicti. Intelligit enim, quód substantia panis dimittit sua accidētia per conversionem totalem in corpus Christi: & quòd, sic conversa, existit sub accidentibus corporis Christi. Quod est; substantiam corporis Christi, prout substitutam pro substantia panis, esse sub accidentibus corporis Christi; &, non nisi sic, intelligit substantiam panis esse, & existere in corpore Christi realiter; id est; non fictè in ipsum esse conversam conversione totali: sed, realiter, & verè. Quòd est dicere: Realiter substantiam panis, secundum proprium esse, non remanere, sed, pro ipsa sic iam non existente, productum, & substitutum esse corpus Christi. Et quia substantia panis, quæ sic convertitur in corpus Christi, est iterum reproducenda eadem á Deo, quoad materiam, sub forma quæ ab agente naturali corrumpente accidentia panis introducitur: ideò dicitur posse, secundum aliud istans, scilicet corruptis accidentibus panis, tranimatari in aliud corpus: videlicet, in corpus panis. Non quidem in panem priorem, cuius forma desivit esse amplius non futura; sed, in panem alium: hoc est, in panem corruptum, seu carentem forma panis. Solet dici panis corruptus, id quod producitur

producitur corrupto pane: ficut, homo corruptus dicitur id quod remanet corrupto homine. In modum ergo, quo dici folet: Rem, per annihilationem, realiter trāfire in nihilum: & effe, ac exiftere in nihilo; & fub conditionibus nihili: fic dicitur à Lullo quod fubftantia panis, per totalem converfionem realiter tranfit in corpus Chrifti; & in ipfo eft; & exiftit fub eius accidentibus. Supradicta explicatio colligitur ex iifdem Textibus.

Primò, quia, fi fubftantia panis intelligeretur à Lullo remanere fecundū effe; & ipfum non amittere; non poffet intelligi, nec dici, transferri ac tranfmutari in corpus Chrifti; ut dicitur in primo, & tertio Textu; fed, in aggregatum, aut in compofitum ex corpore Chrifti, & ex eadem panis fubftantia. Nam, quod convertitur, idem manens; non dicitur converti nifi in illud, quod ex ipfo remanente, & ex alio fuperaddito conftituitur.

Secundò, quia fi fubftantia panis remaneret; non diceretur dimitteer fua accidentia; ut dicitur in primo, & fecundo Textu. Ad quid enim, remanens, dimitteret fua accidentia?

Tertiò, quia fubftantia panis, non poteft, nifi prout converfa totaliter in corpus Chrifti, fubeffe accidentibus corporis Chrifti: ut fubeffe dicitur in Textu primo. Nam ipfa panis fubftantia, fecundùm fuum tam parvum effe, non poffet capere totam quantitatem corporis Chrifti, ut fibi adhærentem.

Quarto, quoniam, fi remaneret fubftantia panis; non poffet fieri converfio, quamtumvis impropriſsima, fine augmentatione; fine qua fieri afferitur in Textu primo. Nam, Effe panis, Chrifto fuperadderetur aliquo modo.

Quinto, quia, fi remaneret fubftantia panis; non magis ipfa diceretur converti in corpus Chrifti; feu, in aggregatum ex illa, & ipfo; quàm quantitas panis, in corpus Chrifti; vel, in ipfius quantitatem; vel, in aggregatum ex utraque quantitate, & Chrifto. Sed, converfionem quantitatis, Lullus fæpè negat.

Sexto, quia in quæftione tertii Textus, fic habetur: *Quando fit tranfmutatio Sacramentaliter de fubftantia panis in corpus Chrifti; formaliter, & materialiter fit, ut tota effentia fubftantiæ panis tranfmutetur. Alioquin, tranfmutatio fubftantiæ fieri non poffet totaliter.* Quibus verbis neceffariò dicitur, materiam, & formam panis tranfmutari atque definere effe, in corpus Chrifti. Nam, fi utraque remaneret: neutra tranfmutaretur, nifi in aggregatum, ut dixi. Si verò altera tantùm remaneret: non totaliter, fed partialiter tantum converteretur panis etiam in aggregatum. Ex eadem Quæftione poffet idem amplius colligi: fed, ex dictis locis hæc fatis.

Prætereà, colligitur eadem Explicatio ex Quæftione Quinta], quæ eft de Sacramēto Altaris, in Arte inveniendi veritatē, feu in Lectura fuper eadem.

Primo, quia ibi omnes fupradictæ rationes fæpè reperiuntur.

Secundo, quia Quæftione, *De quo eft Sacramentum.* § e. h. te dicitur: *Et eft tranfubftātiatio panis, in carnem; & vini, in fanguinem. Non autem, Chrifti,*

 in panem

in panem; nec in vinum. At, si substantia panis, & vini remaneret; non magis utraque in Christum, quàm Christus in utraque converteretur, seu transubstantiaretur: quamvis, impropriſsimé.

Tertiò; quia in eadem Quæstione, §. *Et de,* habetur sic: *Quando accidentia, quæ dimittit substantia panis; corrumpuntur: redit substantia panis in eamdem speciem in qua esse solebat; quæ constat ex eadem materia, & ex forma quæ solet ad corruptionem formæ panis introduci, redire intelligitur à proprio non esse, ad proprium esse, quoad materiam eamdem numero sub forma diversa quæ solet introduci, corrupta forma panis.*

Quarto: quia Quæstione, *Quare.* §. *& e b.* scribitur: *Deus, in Eucharistia principiat de pane carnem, sine quantitate, sine colore, & sine aliquo accidente.* At, si substantia panis remaneret; non sic principiaret Deus. Vel, non minus de accidentibus, quàm de substantia panis, principiaretur caro Christi; seu, complexum ex ipsa, & ex substantia panis. Et ita, non principiaretur sine accidente.

Quintò, quia Quæstione *de Quātitate.* §. 1. dicitur: *Trāsmutatio fit in Sacramento panis; in carnem; & vini, in sanguinem; sine multiplicatione quantitatis, simplicis, aut compositæ, continuæ, sive discretæ. Itaq; nulla species quantitatis multiplicatur in corpore Christi, in ea Sacramentali transubstantiatione.* Quibus verbis, non solū negatur in Christo multiplicatio quantitatis molis: sed etiam, quantitatis virtutis: quæ esset in corpore Christi per substantiam panis; si ipsa in Christo remaneret.

Sextò, quia ibidem additur: *Substantia, quæ quantitatem panis, & vini relinquit; non est alia substantia quàm substantia Iesu Christi.* Quod, verum non esset; nisi illa in istam converteretur totaliter per sui desitionem.

Septimò ibidem. §. subsequenti subjungitur iterum: *Substantia panis, & vini transubstantiata; substantia Christi existit.*

Octavò ibidem. §. e, f, t, h, additur: *Maior existit trāsubstantiatio panis in carnem; quàm vini, in sanguinem; in quantum panis plus habet entitatis, quàm vinum. Tamen, in quantum species transmutationis non est ibi maioritas. Nam, æqualis est in Christum transubstantiatio.* Quod est dicere; in termino ad quem transubstantiationis, qui est Christus; non esse maioritatem quæ est in termino à quo, inter panem, & vinum; & sic, ipsorum substantiam in Christo non reperiri.

Nonò ibidem, §. e, h, t, f. dicitur: *Vnum efficitur Sacramentum; in quantum unum corpus Christi. Et, sunt multa Sacramenta; in quantum in multis locis conficitur. Sed, ea quantitas, non transit in Sacramentum: sicut nec quantitas panis, & vini.* Quibus verbis significatur, substantiam panis, & vini transire in Sacramentum, id est, in Christum, priori conversione. Et sic, non esse plura Sacramenta, ratione multiplicis substantiæ panis, & vini. Sicut, plura sunt; ratione multiplicis quantitatis, & loci, quæ maneret.

Decimò ibidem. §. f. t. e. f. subjungitur: *Hostia consecrata, medium babet in centro, quantificatum secundum id spatium, quod est à circulo usque ad centrum.*

trum. Et ea est quantitas panis qui esse solebat antequam esset Sacramentum. Quo significatur, in hostia consecrata non esse panem: cum de ipso dicatur, qui in hostia esse solebat ante consecrationem.

Vndecimo, Ibidem additur: *Substantia panis relinquit totum suum circulũ in eo Sacramento; in quantum relinquit totam quantitatem panis.* Ex quo sequitur, non esse panem intra illum circulum.

Duodecimo, Ibidem, §. f. t. f. h. ponitur: *In hostia consecrata, secundũ naturã quantitatis, una pars potest esse maior alia; & medium, potest esse medium inter unam, & aliam. Sed, quia substãtia panis dimittit totam quãtitatem panis, tunc quando dimittit totam speciem panis; id quod est quantitas panis; maiorificare non potest, nec ponere medium in ea substantia quæ speciem panis destituit.* etc. Dimittere autem totam speciem panis; est, nec materiam eius, nec formam retinere. Item, partibus carere maioribus, ac minoribus, & medio, nequit substantia panis; si remaneat.

Decimo tertio, Quæstione de Qualitate, §. 2. dicitur: *Sensus coporei, accidentia apprehendunt substantiæ illius, quæ panis fuerunt.* Quod est dicere; tunc non esse panem.

Decimo quarto, in eadem Quæstione, §. e h t g. dicitur: *Confecto namq; Sacramento, confecta est transubstantiatio substantiæ, quæ erat panis, & vini.*

Decimoquinto, Quæstione De Tempore, §. e h t f. habetur: *Sacerdos Sacramentum producit de Virtute, & Magnitudine, in conjunctione verborum, & substantiæ panis, & vini, ea conjunctione in medio existente temporificata, & temporificabili, Sacramento in duabus extremitatibus minimè existente. Quoniã existeret in substantia panis, & vini, & in verbis quæ Sacerdos profert; & non in medio, nec in Nunc. Quod esset vitium contra Magnã Virtutem Temporis, & Sacramenti. Igitur existit Sacramentum ita in medio Magnæ Virtutis, sine eo quòd consistat in extremitatibus. Sicut existit Nunc in medio temporificati, & temporificabilis.* Quibus verbis, Sacramentum; dicitur medium; & in ipso, substantiam panis esse *temporificatam*, id est, præteritam; &, *temporificabilem*: id est, futuram quoad eamdem materiam. Et ita, Sacramentum non consistere in substantia panis, & vini: sicut nec *temporificatum*, id est, præteritum; nec *temporificabile*; id est, futurum; existunt in *Nunc*: id est, in præsenti.

Ibidem, §. f t c f. reperitur: *Sacramẽtum, quod non existit in Nunc; existit in potentia. Quæ quidem potentia existit in eo Nunc, in quo verba Sacramenti sustentantur, & substantia panis, & vini.* Quibus verbis asseritur, Sacramentum non esse dum substantia panis, & vini permanet: atq; ita, ipsam non permanere dum existit Sacramentum.

Decimoseptimo, Quæstione De Vbi, §. e t e i. legitur: *Per quam videlicet substantiam transubstantiatam, existit Christus ita magnus in terra, ubi confectum est Sacramentum: sicut existit in Cælo.* Quæ substantia, non potest esse substãtia panis: sed, substantia Christi. Quia per hanc, & non per illam, existit Christus magnus in Cælo: & non minor in terra.

Decimoctavo, Ibidem, §. e i t r. asseritur: *In Sacramento, substantia panis transubstantiata est per essentiam posificatam, & verificatam. Et hoc, æqualiter, & longè distat à supposito quod erat panis.* Sed, non distaret à supposito panis; si panis remaneret. Ergo, de sententia Lulli, non remanet.

Decimonono, Quæstione, *Quomodo*, §. e t e K. Dicitur: *Sacerdos principiat supra naturam de natura Sacramentum: & ipsum à minoritate panis, & vini procul existere facit.* Quod est, negare substantiam esse panis in Sacramento.

Vigesimo: Quæstione *De quo.* §. 3. habetur: *Sacramẽtum, est de durare, posificare in principiando sacrificare de pane carnem; & de vino, sanguinem. Non tamen ita carnem de pane; sicut panem, qui est ex farina, & aqua. Eo quòd multiplicatio sequeretur in corpore Christi: sed, ita de pane, carnem; sicut, imaginari, de sentire: & intelligere, de imaginari. Quod quidem imaginari, non est de essentia sentiendi, in quantum est per sentire; & esse non posset sine sentire. Similiter fit de intelligere, & de transubstantiatione vini in sanguinem.* Quibus verbis Author loquitur de *sentire* quod præcessit *imaginari*, quod *imaginari* permanet, non existente *sentire*. Sic est de Sacramento; quod, sine substantia panis, & vini existit; quamvis Sacramentum substantia panis præcesserit. Et sic, Sacramentum non est ex ipsa; sicut panis est de farina: sed, sicut *imaginari*, est de *sentire*, per successionem. Ex aliis locis eiusdem libri, & aliorum Lulli, idem posset multipliciter colligi. Sed supradicta sufficiunt ad propositũ. Nunc procedamus ad explicandos Lulli Textus reliquos, qui de materia Eucharistiæ negocium aliquod facessere possent.

Explicantur ceteri Textus qui difficultatem aliquam apud Lullum injicere possent, de materia Eucharistiæ.

Prima Propositio, continens decem Textus.

Textus.1. PRIMUS Textus, ex lib. Proverbiorũ, Parte 3. cap. 21. *Presbyter facit quòd panis, qui transubstantiatur in substantiam Iesu Christi; non addit in illa aliquid: nec materia, quæ erat in pane, deperit*

Enodatio. Intelligit hic Textus, quod dicta materia non perit; eo quod remanet ut futura post corruptionem accidentium panis. Cõmuniter enim perire dicuntur, quæ intereunt in perpetuum. Quod autem materia panis non permaneat durante Sacramẽto; patet ex Prima parte eiusdem Textus; quæ, negat additionem. Quæ tamen fieret; materia panis permanente.

Textus.2. Secundo, Ibidem: *Sicut Pater non addit aliquid Filio generando ipsum æternaliter, & infinitè; ita Presbyter non addit aliquid Iesu Christo, uniendo ei substantiam panis, dimissis accidentibus.*

Intelligi-

Intelligitur, de unione conversionis totalis: in qua, desinit esse tota substãtia, quæ sic convertitur. Quia, non, nisi sic, potest substantia panis Christo uniri, nil ei addendo. Enodatio.

In Lectura super Artem inveniendi veritatem, Quæst. 5. *De Sacramento Altaris Quæst. De quo est Sacramentum* §. d e t d. *Sacramentum Altaris, de ea materia est; quæ dimittit accidentia panis, & vini sine sui ipsius corruptione, & ipsorum accidentium. Et assumit accidentia Iesu Christi sine corruptione ipsius Christi, & suorum accidentium.* Textus. 3.

Intelligit quod Sacramẽtum est de materia panis, tamquam de termino à quo, transubstantiationis. Et quod ipsa materia non corrumpitur, modo explicato pro Textu primo. Et quod conversa in Christum (modo suprà explicato) assumit accidentia Iesu Christi. Quod est, substantiam Christi substitui pro pane: non, ut spoliatam suis accidentibus; sed, ut affectam ipsis. Si enim in Sacramento esset substantia Christi sine suis accidentibus: tunc substantia panis in eum, ut sic, conversa, non diceretur assumere accidentia Christi, ut modo dicto. Quo vult Lullus significare, Christi substãtiam non esse in Eucharistia absque accidentibus. Et sic, vult, panem converti, non solùm in Christi substantiam; sed in hanc ut affectam, pro præsenti quantitate, qualitate, &c. Enodatio.

Ibidem, §. e t d e *In Sacramento, substantia panis relinquit accidentia sine corruptione. Quam ob causam, Sacramentum est de ipsis principiis quæ transire possunt, & transmutari de una specie in aliam, sine corruptione substantiæ, & ipsorum accidentium. Vnde, quando accidentia, quæ dimittit, corrunpuntur; redit substantia in eam speciem in qua esse solebat; & fit corruptibilis sub ipsis accidentibus primis. Quippè, ad ipsa redire oportet: cùm viciniora, & propinquiora ipsi substantiæ existant. Sicut experientia cognoscitur, in quantum homo vivere posset uaturaliter de primis principiis, quando Sacramentum est finitum.* Textus. 4

Intelligit, Sacramentum fieri sine corruptione accidentium, & materialis substantiæ panis, ut suprà declaratum est. Et corruptis accidentibus panis, intelligitur redire substantia materialis panis, in eam speciem, in qua esse solebat corruptis accidentibus panis, & forma. Et sic, fit corruptibilis; id est; panis corruptus, sub primis accidentibus tunc productis ad corruptionem accidentium panis. Ad illa quippe redire oportet eam speciẽ, cui viciniora, & propinquiora existunt accidentia noviter producta. Et de hac substãtia, seu specie, homo vivere posset: ut docet experientia. Enodatio.

Ibidem, Quæst. *De Tempore: In Sacramento, substantia panis, eo tempore quo accidentia panis dimittit; potentiam dimittit elementalem, quæ induta erat speciem panis: & ea potentia, subjectum est bis accidentibus quæ fuerunt panis; & generationi, & corruptioni ipsorum. Quã ob rem, eo tempore quando consummatũ est Sacramentun per magnam concordantiam Virtutis, & instinctus naturalis; posset homo vivere corporaliter de illa potentia elementali, & de accidentibus in ea sustentatis extra speciem panis.* Textus. 5.

Intelligit, nomine potentiæ elementalis, Esse possibile, seu futurũ elemẽtale, Enodatio.

tale, quod ante Sacramentũ fuit ut sic, in specie panis, seu in pane. Quod quidem, sub accidentibus panis remanet, ex eo quòd est sub ipsis, ut futurum quid quid elementale erat antè, ut futurũ in pane. Ex quo *Esse futuro*, ad actum reducto, & ex accidentibus in eo sustentatis; posset vivere homo corporaliter, consumto Sacraměto: ut patet experientia. Nam, corruptis accidentibus panis, redit materia panis ad proprium esse, sub forma noviter introducta ab agente naturali.

Textus.6 Ibidem, Quæst. Vbi, §. quinto: *Accidentia, quæ dimittit substãtia panis quæ transubstantiatur in corpus Christi; locantur in potentia elementali, quam substãtia panis derelinquit: & in ea potentia, locata est substantia transubstantiata. Vnde, corpus Christi, quod est in Cælo; locatum est in ea potentia elementali quæ est in terra; sine eo quod moveatur de Cælo corpus Christi. Quod, ideò fit: ut virtus Veritatis possit esse in magna concordantia Christi, & elementorum quæ sunt in terra.*

Enodatio. Intelligit, in potentia elementali derelicta (ut suprà explicata) locari accidentia panis, & substantiam transubstantiatam; id est, substantiam Christi, in quam est panis conversus. Hoc est; simul esse in eo loco in quo est suprà explicata possibilitas elementalis. Et, ut sic, dicitur Christus cum elementis participare, è Cælo non discedens.

Textus.7 Ibidem. §. e, t, c, i. *In Sacramento, substantia transubstantiata, dimittit vegetabilitatem panis, sustentatam in potentia elementali: & in loco in quo ipsam dimittit, remanet substantia transubstantiata, non conjuncta cum vegetabili potentia panis.*

Enodatio. Intelligitur *vegetabilitas*, id est, possibilis, seu futura forma vegetans, relinqui in potẽtia elementali, ut suprà explicata. Neutri autem est conjuncta *substantia transubstantiata*, id est, Christi substantia, pro substantia panis substituta: eò quòd neutrius est subjectum, vel forma, aut pars.

Textus.8 Quæst. *Quomodo.* §. 4. *In Sacramento, voluntas, & potestas Dei, modũ habent in maiorificando substantiam panis, in quantum ipsam removent à minoritate; ipsam denudantes à quantitate, colore, & sapore panis; ei quantitatem Corporis Christi donando. Et sic, de substantia vini.*

Enodatio. Intelligitur substantia panis maiorificari, & removeri à minoritate; prout conversione totali, in Christum convertitur; & ei, ut sic conversæ, intelligitur donari quantitas Christi. Quod est dicere; illam, non solùm converti totaliter in Christũ: sed etiam, in Christum ibi quantum. Si enim sine quãtitate existeret Christus in Eucharistia; tunc substantiæ panis in Christum conversæ, non daretur quantitas Christi, secundum Lullum.

Textus. 9 Ibidem. §. 6. *Sicut substantia panis transubstantiata, est in corpore Christi sustentata; & ea substantia transubstantiata, est substantia corporis Christi: ita humanitas Christi sustentata est in Deitate; & est ipsa Deitas; & Deitas, est ipsa.*

Enodatio. Intelligitur substantia transubstantiata ex duobus constitui: scilicet, ex substantia Christi, & ex substitutione, qua pro substantia panis substituitur Christus. Et sic, substãtia transubstãtiata, est substãtia Corporis Christi. Sicùt

humanitas

humanitas Christi in cócreto, est Deitas etiam in concreto. Et sicut, ut sic, illa in ipsa est sustentata: sic substantia transubstantiata sustentatur in Christi substantia. Nam substantia transubstantiata, idem est quod substitutum pro recedente substantia. Substitutū autem, primariò dicit substitutionem: & secūdariò, substantiam Christi. Sicut humanitas in concreto, seu homo, primariò importat humanitatem: & secundario, Divinum suppositum. Quod primarium significatum, dicitur sustentari in secundo, in quantum includens sustentatum sustentatur in incluso sustentante. Sicut album, in eo quod est album.

Quæstione de Vbi, §. 6. *Substantia panis transubstantiata, non est locata in accidentibus quæ dimittit: eò quòd non est cum ipsis conjuncta. Nam, si esset illis conjuncta; & illa, in ipsa: quantitas panis eam comprehenderet, & terminaret in loco tam parvo, quòd capere non posset Corpus Christi. Sed quia conjuncta est cum quantitate Corporis Christi; & quia est transubstantiata per æqualitatē Magnitudinis, & Veritatis; potest capi in loco in quo quantitas, quæ solebat esse panis, terminata est, ac comprehensa.* Text. 10.

Intelligitur substantia panis trāsubstātiata, id est, substantia Christi, pro pane substituta, nō locari in accidentibus panis, modo locali, seu per inhærentiā ipsorū in illa. Quia sic, nō est illis conjuncta. Nam, si sic cōjungeretur; non sic tota conjungeretur. Cùm ipsa, maior sit, quā quantitas panis, quæ parti illius solùm inhæreret, aut correspóderet localiter. Et sic, illā terminaret, ac comprehenderet in loco tam parvo; quòd ceteras partes Corporis Christi non caperet. Quia ergo per inhærentiam solùm quantitatis Christi cōjungitur; & per æqualitatem Magnitudinis, & Veritatis transubstantiata est: hoc est; sic, quod tota Christi substantia est substituta pro tota substantia panis, & pro qualibet parte ipsius: ideo substantia Christi sic substituta, potest capi in loco in quo quantitas panis terminatur, & comprehenditur. Atque hæc, de Eucharistia apud Lullum sint enodata. Enodatio.

Secunda Propositio.

SACRAMENTALITER *Corpus Christi potest esse simul in diversis locis; & hoc, miraculosè: mediante tamen natura Divina, conjuncta Corpori Christi, quæ est ubique. Quoniam, ratione unionis ambarum naturarum in uno supposito Christo, Deus facere potest quòd Corpus Christi possit simul esse ubique sacramentaliter, existente Corpore Christi præsentialiter, potentialiter, & essentialiter; ubicunque Deus est potentialiter, præsentialiter, & essentialiter Christus homo. Et ideò, Eremita, exemplum, quod das de vino, & de duabus amphoris; non valet. Sed, valeret; si Christus non esset Deus: nec Deus esset ubiq; homo Christus.* Quæst. 28.

Ex his verbis colligi duo videtur. Primū est: Lullū fortè sensisse, more Vbiquistarū, Corpus Christi esse, ubicūq; est natura Divina. Alterū est: corpus puri hominis, non posse esse in duobus locis, miraculosè quidem, & sacra- Nodus.

 mentaliter

mentaliter: quia non habet naturam Divinam unitam.

Enodatio. Eò quòd Corpus Christi sit concretum substantivum, constitutum ex natura corporis, & ex substantia verbi; & consequenter, sit Deus; dicitur & intelligitur a Lullo posse esse Sacramentaliter, id est, se sic facere præsens miraculosé quoad naturam, multis in locis simul, & ubicunq; Deus est Christus homo. Et, hoc posse, mediante natura Divina, quæ est ubique: & cui, ratione substantiæ, est conjunctissimum: seu, ratione unionis ambarũ naturarum in uno supposito Christo. Quod non posset Corpus Christi, seu Christus; si non esset Deus: nec Deus esset ubique Christus homo. Vt probat exemplum de vino, & de duabus amphoris, ab Eremita adductum. Intelligitur etiam Corpus Christi, & Christus homo, esse ubique; & Deus, esse ubique Christus homo; accepto *Homine*, & *Corpore*, secundùm substantiam. Quare, non negat Lullus, quodvis aliud corpus posse, id est, posse a Deo fieri præsens simul in multis locis sacramentaliter: sed, posse esse; id est; se sic facere præsens: quod affirmat, posse Corpus Christi, mediante natura Divina etc. Nec sentit Lullus cum Vbiquistis: qui, asserunt, Corpus Christi, seu Christum, secundum naturam creatam, & ipsam naturam, esse ubique. Quod Lullus, nec ait; nec intelligit. Immo negat istud ibidem quatenus addit adverbium *miraculosè*. Quod quidem non ad aliud addit, quàm ad significandum, naturam Corporis Christi, sine miraculo, nullo modo esse simul in multis locis, & per ipsum solùm, in eis esse Sacramentaliter. Si enim in multis locis esset; & ubique: aut, ibi esset Sacramentaliter; aut localiter, sine novo miraculo. Sed, utrumque negat Lullus in Textu: & expressius in libro de Clerico, Cap. 28. ubi sic ait: *Dei Filius totus fuit incarnatus. Qui, cùm sit infinitus; & ideò ubique simul, in Cœlo, & in Terra: Deum hominẽ pariter, ubique, in Cælo, & in Terra ipsum esse oportet. Attamen Christus, qui in Cælo est, in quantum homo non est ubique: sed, Sacramẽtaliter est in Altari; & in Cælo.* Et in libro de Disputatione cum homine Sarraceno, cap. 20. respondens ad argumentũ Sarraceni, sic inquit: *Et quando arguis, quòd si Deus est incarnatus; Christus est ità Magnus, sicut Cælum, & plus: respondeo; & dico quòd Deus Filius, est totus incarnatus: quia ens infinitum, est ubique totum, ratione suæ indivisibilitatis. Et Christus, in quantum homo, est ubique: quia finitus, & limitatus est. Sed, Deus Filius, ubique est homo.* Multa alia similia expressa loca alibi apud Lullum reperiuntur contra Vbiquistas.

QVINTA

QVINTA PARS,

Explicans Propositiones á nonnullis item vocatas in controversiam apud eũdem Lullum in Lib. Sententiarum.

Prima Propositio.

INTELLECTVS *qui substantialis est; agit substantialiter, & accidentaliter, intrà, & extra (ut dictum est) sine productione, & generatione alicuius substantiæ.* fol. 6. pag. 2.

Statuere videtur duplex intelligere in intellectu creato; alterum, substantiale; & alterum, accidentale. Primum, ad intra: secundum ad extra. Quod esset contra communem opinionem Theologorum. Nodus.

Agere intellectus ad intrà, seu, *substantialiter*; non intelligitur á Lullo, Esse producere (quod negat) sed, constituere quo. Esse activũ Intellectus, cum Esse passivo eiusdem, constituit ipsum Intellectum: quod vocat, *intelligere*: id est, constituere Intellectum. Ad hoc, suprà dictum est, in Parte prima, ad propositionem. 16. Enodatio.

Secunda Propositio.

POTENTIA *generandi, in Divinis, absolutè se habet; in quantum constituit vnam proprietatem communem spirativam inter Patrem, & Filium.* Fol. 9. pag. 1.

Hæc propositio explicata jam fuit suprà, parte Prima, in Propositione. 4. Enodatio.

Tertia Propositio.

PATER, *constituendo Filium determinatum, distinguit Filium à se ipso, & ab Spiritu Sancto. Pater, & Filius, constituunt Spiritu Sanctum; & à se ipsis ipsum distingunt.* Fol. 15. pag. 2.

Suprà quoque, Parte prima, in Propositione. xij. explicatur ista Tertia Propositio.

Quarta Propositio.

POSITA *in æviternitate, Deus annihilare non potest; postquam illa vult esse æviterna.* &c. fol. 25. pag. 1.

Hæc pariter explicatur suprá, Parte prima, in Propositione. 15.

Quinta Propositio.

CHRISTVS in quantum homo, mortalis fuit: non naturaliter: sed, per accidens: ratione finis: ad honorandum scilicet Divinam naturam; & ad recreandum genus humanum. fol. 28. pag. 2.

Enodatio. Intelligit Lullus, quod Christus non fuit mortalis *naturaliter*; id est; activè, per se: sic, quod per aliquid sui, quo est constitutivus; se posset interficere: dato quod, nec potus, nec cibus, nec aliquid ex necessariis ad vitam, ei deficeret. Nam intelligit Lullus hoc involvere imperfectionem: non autẽ per accidens, seu per aliud, posse interfici, ad Dei honorem, & ad recreandum genus humanum. Primum explicat ipse, Quæstione. 111.

Sexta Propositio.

SVBSTANTIA, *sine accidente creari non potest: & è converso: cùm relativè se habeant.* fol. 47. pag. 2.

Enodatio. Intelligit, & accipit hoc *posse*, in actu secundo: ut idem est quod, substantiam esse, aut futuram esse sine accidente. Vel, *substantiam* accipit, prout substat: &, *accidens*, prout accidit, seu inhæret. Sic enim relativè se habent. Vel, utrumque accipit naturaliter. Nam, ibidem addit: *Verumtamen, quamvis substantia non possit esse naturaliter sine accidente; nec, è converso; nec Deus, unum sine alio facere possit: non sequitur quòd substantia sit accidens: nec accidẽs, substantia.* Et Quæst. 130. ait; *Accidentia, in Eucharistia, esse sine subjecto.*

Septima Propositio.

ANIMA, *suum liberum arbitrium non habet invicem ad bonum, aut ad malum: sed, simpliciter ad bonum. Sed homo, qui est ex duabus naturis; deliberat cum libero arbitrio, ad agendum secundum appositum cuiuslibet naturæ.* fol. 50. pag. 1.

Enodatio. Intelligit quòd anima, per se, non habet inclinationem ad bonum, & ad malum; ut possit, juxta unum, vel alterum, homo, bonum, vel malum operari: sed tantum habet, per se, inclinationem ad bonum, scilicet, materiale virtutis. Sed, homo qui constat anima sic inclinata ad bonum; & ex corpore inclinato ad malum; juxta unam, vel alteram inclinationem operatur; animâ, ad malum inclinatâ per corpus, cooperante ipsi malo, cum toto quod constituit. Ibidem explicatio hæc amplius patet.

Octava Propositio.

NATVRA *humana in Christo, per se, neque in se, suppositum facit; sive hominem; sed, de ipsa factus est homo in natura Divina, sive in Divino supposito: quod, in se facit hominẽ de humana natura.* Fol. 52. pag. 1.

Consule

Confuse loqui videtur de natura humana assumpta à Verbo: ut prima fronte discernere non videatur, an illa in Christo habuerit proprié suppositum humanum. Videtur quoque sibi cõtradicere: aut etiam, suppositum humanum in Christo ponere. *Nodus.*

Intelligit plané, quod natura humana in Christo, per se, neque in se, facit suppositum, sive hominem, in ratione subsistentis. Sed, de ipsa, tamquam de natura, factus est homo in natura Divina personata; sive, in Divino supposito, tamquam in suppositante. Sicut enim Filius Divinus, dicitur produci in Deitate; tãquam in natura; quæ, non producitur; nec à Filio distinguitur: sic homo, dicitur à Lullo produci in Divino supposito, tamquam in suppositante: cuius subsistentia increata constituitur. *Enodatio.*

Nona Propositio.

QVÆSTIO. 98. *Vtrum.* &c.

In hac Quæstione, feré omnia indigesta, ac confusa videntur. *Nodus.*

Confusa fortasse videri queant, Typi defectu: sed, facilia sunt explicatu, sub correctione Sanctæ Matris Ecclesiæ: sicut alia declaramus. *Enodatio.*

Decima Propositio.

ET ideò, secundum hunc modum numerandi, dicitur quòd Christus est duo: scilicet, Deus; qui est unum suppositum: & homo, qui est suppositum. Fol. 57. pag. 1.

Quamvis Lullus in Quæstione illa negat duo supposita in Christo: tamen verba prædicta, sunt explicanda distinctius. *Nodus.*

Accipit Lullus, *duo*, substantive: prout primariò important naturam; quæ, duplex est in Christo: & prout secundariò important subsistentiam; quæ, una est. Et ideò, *duo dicit esse in Christo, secundum hunc modum numerandi*: id est, secundum naturam: sed, non secundum subsistẽtiam. Ratione cuius, dicens *quòd homo sit suppositum*; non addit aliud: ne duo supposita ponat: quæ, prorsus ibidem negat in Christo. *Enodatio.*

Vndecima Propositio.

QVÆSTIO 133. *Vtrum.* &c.

Multa videtur loqui Lullus præter cõmunem dicendi modum de Indulgentiis, in hac Quæstione. *Nodus.*

In hac ipsa Quæstione, nihil aliud sibi vult Lullus, quá quòd opus Indulgentiæ tantum valet; quantum Indulgentia sonat. Sed, præter hunc valorem, alium habere vult, ex opere operantis: & tantum, quanto ferventiore charitate quis opus exercet. *Enodatio.*

HVMANITAS, *in Christo, non dat esse humanum: hoc est; non facit hominem, &c.*

Enodatio. Hæc propositio explicata fuit suprà, Parte secunda, Propositione Prima.

SEXTA PARS,

Explicans reliquas Propositiones controversas in eòdem Lib. Sententiarum.

Prima Propositio.

RAIMVNDVS *multum doluit: & super hoc potissimè, quòd ipse per Artem Generalem, quam sibi Dominus Deus, pro seculi huius tenebris illustrandis contulerat; rem Christi Eclesiæ publicam promovere nondum potuit, ut optabat.* fol. 2. pag. 1.

Nodus. Propositio videtur incerta, parùmq; probabilis: dum ait, quôd hæc Doctrina fuit à Deo, revelata Lullo; cùm dubia, perplexa, obscura, ac nova multa contineat.

Enodatio. Non ait Lullus, sibi à Deo datam esse hanc Doctrinam Libri Sententiarum, ex quo desumta est propositio: sed, Artem Generalem. Quam tamen, & omnia alia volumina, correctioni Ecclesiæ Sanctæ submittit. Quo, videtur sentire, & asserere, sibi fuisse à Deo datam, modo, quo omne quod existimatur bonum; donum esse de sursum descendens, dicitur. Nam, in libro de Contemplatione, dicit, *quòd bonum in suis Libris repertum, Deo est attribuendum: malum autem, si quod in illis est; sibi.*

Secunda Propositio.

QVANDO *Intellectus non est discursivus per necessarias rationes.* &c.

Enodatio. Hæc Propositio suprá, Parte Prima, propositione Prima, explicatur.

Tertia Propositio.

PER

PER *sensitivum non dico quòd Trinitas sit demonstrabilis.*
Explicatur quoque ista, ibidem. Part. 1. Prop. 1. Enodatio.

Quarta Propositio.

QVIA *Deitas, est idem cum sua natura; quælibet ratio suum actum requirit determinatum. Et sic, multò plus natura Divina se habet ad naturandum*, &c,

Explicabitur ista Propositio commodius in Responsione ad Art. 2. 3. 4. 5. Eimerici. Enodatio.

Quinta Propositio.

NISI *esset in prædicto gradu fruitio, scilicet perfecta, (ut docet fides) nec Deus quiescere posset cum suis rationibus in effectu suo: nec effectus, in Deo.* fol. 5. pag. 2.

Propositio videtur quodámodo constituere actum beatificum Dei (qui est Dei essentia) in Creatura. Nodus.

Cùm Deus ab æterno sit, quoad extrá, perfectus: id est, volens perfecta, seu, quæ expedit esse perfecta: & fruitio quã docet fides, sit perfecta; & sic eam expediat esse: *non quiesceret Deus cum suis rationibus in effectu suo*: id est; non attingeret effectum in tempore, quem ab æterno voluit: *nec effectus quiesceret in Deo*: id est; nõ attingeret Deum, prout fuit ab æterno decretum. Vnde, addit ibidem Textus: *Hanc fruitionem esse oportet; ut sequatur ille finis, ad quem Deus creavit Mundum.* Enodatio.

Sexta Propositio.

SPIRITVS *Sanctus habet duas passiones: unam, à Patre; aliam, à Filio. Sicut Pater habet duas actiones; & Filius, unam actionem; & unam passionem.* fol. 11. pag. 1.

Propositio, videtur impropria, ac inusitata; præsertim in Divinis, ubi non solet nomen passionis usurpari. Nodus.

Modo quo Lullus in Divinis sumit actionem, pro productione activa; sumit passionem, pro productione passiva. Cetera fusius explicabuntur in Responsione ad Artic. 20. Eimerici. Enodatio.

Septima Propositio.

SICVT *Deus Pater suum Filium misit ad assumendum carnem: sic Spritus Sanctus misit Angelum Gabrielem, nuncium Beatæ Mariæ Virgini: quam, Spiritus Sanctus inspiravit.* fol. 11. pag. 2.

Nodus. Non videtur hæc idonea comparatio : cùm Angeli misſio , toti Trinitati attribuatur : ſitq; diſcrimen inter utramque miſsionem.

Enodatio. Non intelligitur hæc comparatio eſſe ſynonyma: ſed, proportionalis. Vt ſolet apud alios reperiri. Ac proinde, proporcionaliter, ſicut Filius à Patre miſſus eſt ad aſſumendam carnem ; ſic dicitur Gabriel Angelus , ad hoc annunciandum Beatæ Mariæ, miſſus ab Spiritu Sancto , per appropriationem. Nam , talis miſsio , Spiritui Sancto appropriatur : quamvis ſit toti Trinitati communis. Sic videtur dici *Filius incarnatus de Spiritu Sancto , ex Maria Virgine.*

Octava Propoſitio.

E*SSENTIA Filij, relata ad perſonam Filij, eſt ſic genita ; ſicut eſt ingenita, relata ad perſonam Patris : cùm Pater ſit ingenitus.* fol. 17. pa. 2.

Enodatio. Explicabitur iſta propoſitio commodius infra , in Reſponſione ad Arti. 17. Eimerici.

Nona Propoſitio.

C*HRISTVS, in quantum homo , mortalis fuit , non naturaliter; ſed , per accidens.*

Enodatio. Explicata jam fuit iſta Propoſitio ſuprà , Parte Quinta , in Propoſitione Quinta.

Decima Propoſitio.

N*EQVE Deus peccatorem juvare poteſt*, etc.

Enodatio. Hæc Propoſitio commodius exponetur in Reſponſione ad Articulum decimum ſextum Eimerici.

Vndecima Propoſitio.

A*NIMA ſenſitiva hominum , eſt à generante. Si anima ſenſitiva hominum eſſet à creante; & anima ſenſitiva Beatorum, à generante: plura inconvenientia ſequerentur contra ordinem naturæ.* Fol. 47. pag. 1.

Nodus. Propoſitio videtur erronea , atque à nullo dicta Philoſopho.

Enodatio. Mens Lulli eſt : In homine, præter animam rationalem , eſſe ſenſitivam, & vegetativam ; formas diſtinctas ab anima rationali ; non ſpeciales , ſed generales. Quod ſi hęc Propoſitio rigide cęſenda foret hęretica, vel erronea: non propterea Lullus eſt cenſendus hæreticus : cum ipſe Lullus in eiuſdem Libri Prologo, hanc Propoſitionem, & cetera omnia ſcripta ſua, correctioni Eccleſiæ Sacro Sanctæ ſubmittat. Vt patet in eodem Libro ſtatim in Prologo: & ad Thomam Attrabatenſem, Quæſtione . 5. Sic Alphonſus à Caſtro, Thomam

Thomam de Vio Caietanum præripit, ac ritè defendit á censura hæretici, lib. 2 adversus hæreses, verb. *Adam, & Eva*, hæref. 6. his verbis: *Potuit quidem errare Caietanus; & hæreticus non esse: præsertim si nō pertinaci animo suæ sententiæ adhæsit.* Hæc verè, Alphonsus a Castro. Quo fit, ut jure optimo Index librorum prohibitorum, authoritate, & jussu Generalis Inquisitionis Hispaniarum editus Anno Domini 1612 sub litera, C, Secundæ classis, hæc decernat: *In Catalogo, sive Indice hæreticorum, qui Alphonsi de Castro Operi adversus hæreses præfixus est; expungatur illud*: Thomas de Vio Caietanus.

Duodecima Propositio.

DEUS, cum sua potestate facere non potest contra Magnam Bonitatem, & Virtutem suæ Sapientiæ, & Voluntatis. Quod posset; si potuisset sibi unire aliquam creaturam irrationabilem; sicut sibi univit naturam humanam. fol. 52. pag. 2. *Et, hoc facere, contradictionem implicat.* Ibidem.

Propositio, temeraria videtur, si loquatur de potentia absoluta Dei. Nodus.

Cúm Deus, ab omnibus cōcedatur, & sit cōcedendus, tam ad intrá, quàm ad extrá, Optimus: Ideò à Lullo, Bonitas, & Virtus Voluntatis, & Sapientiæ Dei, quoad Incarnationem, intelligitur esse Intellectus, & Voluntas Dei, prout ab æterno habent pro objecto, meliorem, & convenientiorem assumtionem naturæ creatæ: qualis est, assumtio solius naturæ humanæ. Contra quam Bonitatem, & Virtutem, intelligit Lullus (ut solet) Deum non posse facere: sumto *posse*, pro actu secundo. Quod est dicere: Deum non habere actum potestatis, seu, Decretum, contra illas: contra quas sic posset facere; si sic posset assumere naturam irrationalem solam: sicut solam humanitatē assumsisse docet Fides. Et sic, posset facere; id est; faceret contradictionem; & sibi, & naturæ humanæ, ut, alio Decreto assumēdæ, injuriari; ut intelligit Lullus: & infert, quòd est impossibile. Enodatio.

Decimatertia Propositio.

POST peccatum Originale, Deus, & humanum genus, fuerunt in magna contrarietate boni, & mali; virtutis, & vitii; veri, & falsi: & illa contrarietas erat ita magna; quòd Deus in Mundo populum non haberet. Fol. 61. pag. 2.

Propositio videtur errans, & vaga; si intelligat, nullam extitisse Dei Ecclesiam, ante Christi Nativitatem, in qua virtus, & verum reperiretur. Nodus.

Explicabitur hæc Propositio multò commodius infrà, in Responsione ad Artic. 8. Eimerici. Enodatio.

Decimaquarta Propositio.

O Deus

DEUS, omnibus modis distat ab omni peccato infinitè: & quoad se, tantùm distat à peccato veniali; sicut à mortali. Sed, homo existens in peccato, magis distat à Divina Bonitate, Magnitudine etc. per peccatum mortale; quàm per veniale. Et sic, Deus consentit quòd homo faciat peccatum veniale; ut non faciat mortale. Alioquin, magis distaret à Divina Bonitate per peccatum veniale; quàm per mortale. Et sic, Deus licenciaret hominem quòd faceret peccatum mortale. Quod est impossibile. Fol. 66. pag. 1.

Nodus. Propositio, quoad primã partem videtur falsa. Quia plus distat Deus, quo ad se, à mortali, quàm á veniali: cùm gratia Dei queat simul esse cum veniali, & nõ cum mortali. Et quoad secundam partem, quodãmodò favere videtur dogmati Calvini, qui docebat, Deũ consentire quod fiat peccatum veniale.

Enodatio. Explicabitur ista Propositio in Respõsione ad Art. 59. Eimerici. Et addo, quod Deus, *dicitur distare, quoad se, tantùm à peccato veniali, quàm à mortali*; hoc est; utrumq; omninò Deo esse impossibile.

Decimaquinta Propositio.

IN Altaris Sacramento, quod fit per translationem panis in Corpus Christi; & sic, de vino, in suum sanguinem; substantia panis, (& sic, de vino) dimittente sua accidentia, & existente sub accidentibus Corporis Christi. Quæstio. 126.

Enodatio. Hæc propositio explicata jam est suprà, Parte. 4. Propositione. 1.

Decimasexta Propositio.

DEUS facere potest quòd corpus Christi simul possit esse ubique. &c. Quæstione. 28.

Enodatio. Suprà, Parte. 4. Propositione. 2. explicata pariter est ista Propositio.

Decimaseptima Propositio.

IN visione Dei, Intellectus beatus in propria intelligibilitate Dei increata, & quæ est Deus; intelligit Divinam Trinitatem, & essentiam: non, in suo proprio intelligibili creato; sed, immediatè Deo communicante Intellectui beato suam essentialem Intelligibilitatem. Fol. 74. pag. 2.

Nodus. Propositio videretur erronea; & favere quodãmodo Vbiquistis; si sensus esset: Beatum, intelligere in intelligibilitate increata: & ipsam, ei communicari.

Enodatio. Intellectus Beati, dicitur in patria intelligere Divinam Trinitatem, & essentiam, intelligibilitate Dei, sibi á Deo immediaté communicata objectivé: non verò *in suo Intelligibili creato:* id est; non, mediante aliqua specie intelligibili

intelligibili in se recepta: sed, eliciendo intellectionem immediaté circa Dei intelligibilitatem sibi objectatam, ut dixi. Nam, ibidem Lullus addit: *Et hoc, sine aliqua specie antiqua, vel nova: sed, immediatè, facie ad faciẽ.* Et inferius addit; *Et illud intelligere, non est sibi naturale: sed, supra naturã.*

SEPTIMA PARS,

Explicans Propositiones controversas circa Librum appellatum, *Arbor Scientiæ.*

Prima Propositio.

ET istud Sacramentum (scilicet Matrimonii,*) specificat talem hominẽ, & talem feminam, cum ordine verborum, & ordine conceptionis interioris; quæ, movent verba illius, qui agit Sacramentum; & illorum qui characteres Sacramenti suscipiunt intùs, & extra: & agens, ligat: & illi, ligati sunt.* fol. 57. col. 4.

Propositio videtur admittere characterem in Matrimonio. Quod esset contra Concilium Tridentinum. Nodus.

Sacramentum Matrimonii specificat talem hominem, & talem feminam, cum ordine verborum. etc. Id est: Ipsos in singulari exprimit, verbis, & intentione: quæ verba, movent verba, tum *illius, qui agit Sacramentum*; id est; *Parochi*: qui, *agit Sacramentum*: id est; qui verba Sacramenti pronunciat, ut à contrahentibus pronuncientur, in ratione Sacramenti. Seu, qui facit Sacramentum quoad solemnitatem, esse, scilicet, in facie Ecclesiæ, ut dicitur. Movent quoque verba *illorum qui characteres suscipiunt*: id est, *Testium*: qui suscipiunt species *intùs, & extrà*: hoc est; sensibiles, & intelligibiles, de his quæ coram ipsis fiunt. *Et agens, ligat,* modo supradicto, contrahentes. *Et ipsi sunt ligati* per se, Sacramento. Vnde, Quæstione super hunc Textum, sic habetur: *Martinus, Matrimonium consentit: & uxor eius, interiùs non consentit; sed, exterius per verba: quæro, utrum valeat Matrimonium? Solutio. Duo sunt Iura: unum est, interius; & alterum, exterius. Secundum Ius exterius, est ligata femina, uxor Martini; quæ contra hoc quod erat interius, suum movebat affectum. Aliud Ius interius, stat liberum: &, si postmodum consentiat; captum est.* Et Quæstione. 8. Lib. Sent. appellat Lullus species visibiles, *charecteres visibilitatis.* Enodatio.

Secunda Propositio.

Q*VONIAM, si non esset generale peccatum; Deus esset injustus & malus hominibus bonis, & justis; in quantum ipsos privaret à fine vitæ; & ipsos poneret in mortalitate, & plurimis laboribus corporalibus, famis, sitis.* &c. Fol. 65. col. 3.

Nodus. Propositio, sinistrum redderet sensum; si significare vellet, non potuisse Deum sine iniustitia, secluso peccato, creare hominem mortalem, & morbis subjectum.

Enodatio. Textus, priùs asserit ibidem, quòd Deus, ex eo quód sit quoad hominem bonus, justus, ac vivificativus; ratione Decreti, creavit hominem ad vivendum; seu, immortalem: scilicet, pro toto tempore quo sine peccato esset: cúm, pro toto hoc tempore, hominem esse immortalem, Deum voluisse, bonum sit. Ex quo simul, & ex eo quòd omnes homines sint mortales; colligit Textus, generale extitisse peccatum per quod in omnes mortalitas transeat. Et addit: *Quoniam, si non esset generale peccatum; Deus esset injustus, & malus hominibus justis*, qui omni caruerunt peccato, *in quantum ipsos privaret fine vitæ*, seu vita, *& in mortalitate ipsos poneret* etc. Nam tunc, contradiceret Deus Decreto suo, quo voluit, hominem, toto tempore quo in Iustitia Originali perseverasset; esse immortalem. Contradiceret quoq; iuri, quod, ratione Decreti, homines innocentes haberent ad immortalitatem. Et, prout sic contradicens, censeretur injustus, secundum mentem Lulli, ac malus, hominibus bonis ac iustis.

Tertia Propositio.

S*VB ratione Vnitatis, sunt tria concreta de suá essentia, & natura: & omnia tria, una essentia: & illa tria, sunt, Vniens, Vnibile, & Vnire. Et sic de aliis.* fol. 62. col. 2.

Nodus. Propositio videtur impropria, in modo loquendi; unde quis forte conciperet imperfectionem in Deo. Præsertim cùm in eo Textu utatur Author verbo *facio*, in Divinis. Quod non est in usu.

Enodatio. Explicabitur ista Propositio in Responsione ad Art. 8. Eimerici.

Quarta Propositio.

Q*VILIBET homo potest habere quatuor virtutes Cardinales; secundum quod naturaliter trahere potest similitudines ex primis naturis Trunci Moralis. Sed, tres Theologales, haberi non possunt sine gratia Dei.* Fol. 39. col. 3.

Nodus. Siquis vellet inferre ex cortice priorū verborum huius Propositionis; Morales virtutes haberi posse sine gratia Dei; facile alicui Catoniano Cēsori per ista verba Pelagianis favere videretur.

Intelligit

Intelligit tamen Lullus, quod virtutes morales quilibet habere potest, ut materiales: seu, in ratione boni naturalis; secundum quod de potentia ad actum eas educere potest naturaliter: id est, activè: ut alibi explicatum est. Quod si de virtutibus moralibus, in ratione boni honesti, & prout sunt media quæ prodesse possunt ad Deum diligendum; Lullus interpretetur: intelligit quod naturaliter haberi possunt: id est, activè. Nam, activè homo illas producit, excitatus gratia Dei. Theologales autem, quia homine passivè ad illas concurrente habentur; *dicuntur haberi gratia Dei*: id est; non activè ab homine. Loquitur enim de habitibus his supernaturalibus, à Deo infusis. Enodatio.

Quinta Propositio.

SED, hoc esse non posset; si anima cuiuslibet hominis non fuisset infecta per peccatum Originale. Et posset Deus plus per gratiam homini dare, sine aliquo merito illius; quàm Iustitia Dei hominem punire, per culpam. Et quia gratia Dei, & sua Iustitia, sunt una, & eadem Bonitas, & Magnitudo in numero; oportet quòd tantùm Deus punire possit, propter culpam; quantũ dare, per gratiam. fol. 66. col. 2.

Si Propositio colligere vellet; necessarium fuisse Orignale peccatum, ut Deus tantum exerceat per Iustitiam, puniendo culpam; quantum per gratiam ornavit naturam in Adam: tunc, ea ratio videri posset ferè erronea; nec solidam ullam conclusionem probare videretur. Nodus.

Textus antè ait, *quòd secundum Iustitiam Dei, quæ est magna; oportet quòd, sicut per gratiam tota species humana in Adam fuit exaltata, in Magnitudine Bonitatis: ita postmodùm tota fuit durata in Magnitudine Malitiæ, ratione Iustitiæ. In tantùm, quòd sit peioris conditionis, quàm aliqua alia creatura, ratione peccati, & culpæ: & maiori pœnæ subjugata. Hoc, ita esse oportet, secundùm Iustitiam Dei, quæ, Magna est. Nam, Iustitia Dei Magna, est Intellectus, & Voluntas Dei; prout ab æterno attingunt hanc temporalem Iustitiam; sic futurã. Sicut gratia Dei æterna, est ipsamet Dei volũtas; prout ab æterno voluit temporalem gratiam supradictam, pro decretato tempore factam naturæ humanæ. Sicut ergo, hanc gratiam oportuit fieri secundùm gratiam Dei æternam: sic supradicta Iustitia temporalis debuit fieri secundum Iustitiam Dei æternam.* Et addit Textus: *Sed hoc non posset; si anima cuiuslibet hominis non fuisset infecta per peeccatum Originale. Et sic, posset Deus plus per gratiam homini dare, sine aliquo merito illius; quàm Iustitia Dei, hominem punire, per culpam. Et quia gratia Dei, & Iustitia Dei, sunt una, & eadem Bonitas, & Magnitudo in numero; oportet.* etc. Hæc consecuntur ex his quæ Textus antè ait. Enodatio.

Sexta Propositio.

ET remanet anima Sarraceni infecta: quamvis non sit de essentia animæ Adæ. Et illa infectio, & culpa, est ei peccatum veniale. Sed, ratione corporis, est ei peccatum mortale. fol. 66. col. 1.

Nodus. Duas videtur involvere difficultates. Primúm enim, inde quis dubitare potest, an inferatur, peccatum Originale in anima esse veniale. Quod negat Concilium Tridentinum, appellans huiusmodi peccatum, mortem animæ. Deinde, videtur corpori tribuere peccatum mortale: cùm tamen omnis culpa propriè sit in anima.

Enodatio. Duplex ponitur infectio á Lullo in anima, infusa corpori infecto. Prior, est mortalis: quæ est, peccatum Originale. Atque hanc infectionem anima participat à corpore. Altera, est, venialis; id est, inculpabilis, & impunibilis. Quæ, est actus inordinatus corporis infecti; quod, prout infectum peccato Originali, inordinate naturaliter movetur contra bonum materiale virtutis. Videlicet, ad nimis comedendum, bibendum: vel ad quid aliud inordinatum. Ad quem motum anima cooperatur naturaliter, ut est forma corporis. Et sic, supradicto modo, venialiter inficitur: ut ipse Lullus explicat in Lib. Sent. Quæst. 9.

Septima Propositio.

ANIMA Sarraceni, qui credit esse in veritate; & qui non peccat mortaliter in peccato actuali; pœnam non habebit spiritualem: sed, habebit pœnam per corpus; in quantum per ipsum perdiderit gloriam spiritualem. fol. 66. col. 1.

Nodus. Si nomine pœnæ spiritualis, ut opponitur pœnæ corporali, intelligat hoc in loco pœnam damni; proximus errori videtur. Quód si, dicere vellet, non peccanti peccato actuali, deberi pœnam per corpus; videretur esse contra Communem Theologorum Sententiam.

Enodatio. Anima dicti Sarraceni, intelligitur *non habitura pœnam spiritualem*; hoc est; ratione animæ, super actum ipsius, incursam. Habitura verò *pœnam per corpus*; id est; incursam ratione corporis in se originaliter infecti. Nomine autem *peccati actualis mortalis*, intelligitur à Lullo peccatum actuale, culpabile, & punibile: quamvis sit leve. Nam etiam, ratione huius, anima Sarraceni per se aliquam incurreret pœnam; si tale peccatum hic perpetraret. Vocat autem etiam ipsum, *mortale*: non quòd privet gratia: sed, eó quôd sit incompatibile vitæ gloriæ. Et suprà, Parte 2. Propositione. 7. vocat hoc, *peccatum parvum*: illud autem quod privat gratia, vocat *peccatum magnum*.

Octava Propositio.

SI Christus fuisset Filius hominis, & feminæ: tertius modus defuisset: videlicet, in producendo hominem ex femina absque homine. Qui quidem defectus, esset vacuitas Ordinis, & Magnitudinis, Bonitatis, & aliarum rationum. Quæ vacuitas, est impossibilis: postquam est contra Bonitatem Magnitudinis, & aliarum. Fol. 68. col. 2.

Propositio, videri posset alicui, ponere modum Nativitatis Christi, quodammodo necessarium fuisse: ne alioquin imperfectio sequeretur in Attributis Divinis. Quæ tamen esse non potest. Nodus.

Textus, antè, hic habet: *Deus, hominem fecit de terra: & feminam fecit ex homine. Secundum ordinem ergo oportuit quòd hominem ex femina fecisset.* Et addit: *Et, si Christus fuisset Filius hominis, & feminæ: tertius modus defuisset: videlicet, in producendo hominem ex femina, absque homine. Qui quidem defectus, esset vacuitas Ordinis, & Magnitudinis, Bonitatis, & aliarum rationum, in effectu Incarnationis. Quæ vacuitas, est impossibilis: postquam est contra Bonitatem, Magnitudinem, & alias rationes Dei; quæ sunt;* Dei *Voluntas, & Intellectus, prout ab æterno objectant Christi Conceptionem ex femina absque homine, pro tempore decretato. Et, Impossibile,* accipitur, ut opponitur possibili in actu secundo: quod est, esse à Deo volitum. Enodatio.

Nona Propositio.

IN Cruce, Corpus Christi mortuum fuit; in quantum anima ipsum dimisit: &, non mortuum; in quantùm Deitas ab ipso non recessit. fol. 69. col. 1.

Propositio videtur asserere: Christum mortuum fuisse, secundum cursum naturalem; & vivum, supernaturaliter. Quod, nihil aliud videtur esse, quâm dicere; eum non esse, simpliciter mortuum. Videtur præterea indicare; Divinitatem tribuere corpori vitam, & quidem supernaturalem. Quod, aliquo modo faveret dicentibus Divinitatem fuisse in Christo loco animæ. Nodus.

Explicabitur opportunius ista Propositio in Responsione ad Art. 47. Eimerici. Enodatio.

Decima Propositio.

IN Cælo Empyreo, etc. Infrà, in Resposione ad Eimericum, Arti. 50.

Necessitatem Christi Ascensionis colligere videtur ex eo, quod visio beata haberi non possit, nisi in Cælo Empyreo. Quod, Eimericus, hac fortasse de causa, susceperat impugnandum. Nodus.

Explicabitur item ista Propositio in Responsione ad Artic. 50. Eimerici. Enodatio.

Vndecima Propositio.

ET quia una Bonitas transit in aliam; est facta participatio ambarum Bonitatū; ita, & multò melius, quàm vinum Lymphatum, quod in scypho participat cum aqua; existente vino in aqua; & *aqua, in vino.* Et paulò pòst: *Humana Bonitas Domini Iesu Christi, venit ad Divinam Bonitatem; in quantum Divina, ipsam sibi attrabit, & suæ naturæ. Ita, & multò melius, quàm olea, in oleastro inserta.* etc. Fol. 86. col. 3.

Hæc

Nodus. Hæc verba, si proprié sumerentur; unà cum exemplo allato; significarent permixtionem quamdam, & confusionem naturarũ. Qui modus loquendi in hac re, valdé esset improprius, & inusitatus.

Enodatio. Dicitur quod *una Bonitas*, scilicet, humana, *transit in aliam*; scilicet in Divinam: & Divina, in humanam, scilicet in concreto; ut ibidem explicat Textus sic: *Homo bonus, est Deus bonus, per Bonitatem Divinam; & bonus Deus, est bonus homo, per bonitatem humanam: & sic quælibet, in concreto accepta, est bona, per aliam. Et sic dicitur facta participatio ambarum bonitatum, & naturarum; ita &, multò melius, quàm vinum lymphatum, quod in Scypho participat cum aqua; existente vino in aqua; & aqua, in vino. Multò meliùs*, addit: eo quod, nec vinũ sit aqua; nec aqua, vinũ. Sed, tantũ, unũ est cum altero mixtum. Et sic, negat mixtionem inter Divinam, & humanam naturam. Eamdem quoq; negat, cùm addit: *Multò meliùs attrabit, & sibi conjungit natura Divina suppositata, naturam humanã; quàm olea, in oleastro inserta, oleastrinam.* Tandem addit: *Et in hoc passu cognoscitur modus secundum quem humana natura Domini Nostri Iesu Christi in Divina sustentatur; & ambæ naturæ distinctæ remanẽt in una persona, quæ est Dominus Iesus Christus.* Et inferius addit; *quòd natura Divina manet absq; mutatione, agumentatione, corruptione, & permixtione.*

Duodecima Propositio.

Nodus. M*VNDVS stetit totus ex nihilo principiatus. Et, ex nihilo fuit principiatus; ut essèt totus principiatus. Quoniam, si esset æternus; non essèt totus principiatus.* fol. 87. col. 2.

Quæ verba, si ita absoluté sumerentur; videri possent alicui, significare, nihil posse esse principiatum, & æternum. Quod esset contra duas Divinas personas, Filium, & Spiritum Sanctũ: quæ, licet æternæ sint; principiò tamen non carent. Nodus tamen magis est in modo loquendi; quàm in re ipsa. Loquitur enim de principiato ex nihilo: quod vocat, totũ principiatum.

Enodatio. Dicitur Mundus totus ex nihilo principiatus; quatenus non de aliquo æterno est productus. Et sic, *principiatus ex nihilo*, idem est, quod non productus de æterno. Si enim de æterno productus esset; æternus esset: & sic, non esset totus principiatus; seu, ex nihilo productus. Et sic, Filius Dei, qui est productus de æternitate Patris; negatur in Textu, ex nihilo principiatus: seu, totus principiatus: id est; etiam secundum essentiam: sic, quod ipsa quoque sit principiata. Non autem negatur principiatus de æternitate.

Decimatertia Propositio.

SI voluntas amare posset Incarnationem; & non amaret: Potestas plus se habere posset ad posificandum creaturam; quàm Voluntas, ad amandum ipsam. Quod est impossibile. fol. 91. col. 1.

Ex hac Propositione probare Lullus videtur; fuisse Incarnationem simpliciter necessariam. Quod non est dicendum. **Nodus.**

Apud Lullum, *Posse Deum amare Incarnationem*, est actus secundus Potestatis. Et ita, si sic posset amare; & non amaret; *Potestas plus se habere posset:* id est; se haberet; *quàm Voluntas. Quod est impossibile.* Vnde, ibidem Lullus: *Et in hoc passu, arguent quidam; & dicent, quòd plura potest Dei Potestas de creatura; quæ voluntas non diligit. Et ad hoc responderi potest: quòd Potestas posificare non potest illa; si Voluntas ipsa odit. Nec potest esse ociosa in illis; si Voluntas ipsa diligit. Nec propter hoc, Potestas per Voluntatem coacta est: cùm ita sit, quòd sint unum & idem numero. Nec Voluntas aliquid diligit, sine Magnitudine Bonitatis. Et per hunc passum respondetur, objectionibus, quas aliqui facere possent, secundùm consequentiam nostrarum probationum.* Quibus verbis, satis patet, *Posse*, accipi in Textu, pro actu secundo Potestatis in Divino Decreto. **Enodatio.**

Decimaquarta Propositio.

DIGNITATES Dei appellamus, *suam Essentiam, Bonitatē, Magnitudinem, Æternitatem, Potestatem, Sapientiam, Voluntatem, Virtutem, Gloriam, & Distinctionem Personarum.* fol. 97. col. 1.

Inter perfectiones Divinæ naturæ, videtur numerare etiam Distinctionem. Cùm tamen distinctio, sit quippiam rationis; nihil ponens reale in Deo, ab aliis perfectionibus distinctum. **Nodus.**

Distinctio, apud Lullum, dupliciter accipitur. Primò, essentialiter; & sic, definitur à Lullo: *Id quo essentia Dei est extra confusionem.* Id est, extra non esse. Secundò accipitur notionaliter; & sic, est proprietas personalis. Primo modo tantùm, dicitur in Textu dignitas: sicut Bonitas, Magnitudo &c. Dicitur quoque ibidem, *Id per quod Dignitates Divinæ, sunt inter se numero indistinctæ.* Distinctio autem *notionalis Patris*, dicitur id, per quod Pater est distinctivus productive. *Et, notionalis Filii*, id per quod Filius producibiliter est distinguibilis, seu distinctus. Et sic, de Spiritu Sancto. **Enodatio.**

OCTAVA PARS,

Explicans Propositiones controversas in Libro *De Anima rationali.*

Prima Propositio, ex Textu multiplici.

PRIMVS Textus: *Istas tres potentias animæ, activas, creatas esse decet, ut Deus non faciat injuriam suæ memorabilitati, intelligibilitati, & amabilitati. Quibus fecisset injuriam; nisi creasset tres potentias activas quas prædiximus. Quoniam, aliter, non esset aliqua creatura, quæ eas objectaret; vel attingeret.* col. 2.

Secundus, Textus: *Si Deus non produxisset substantiam compositam, & coadunatam ex essentia corporali, & spirituali; quæ, sit homo: vacuitas esset in Ordine productionis. Et forent duo extrema sine medio; scilicet, substantiæ corporales, & substantię Angelicæ; & non esset substantia in medio, composita ex substantia spirituali, & corporali. Et haberet Deus maiorem proprietatem in producendo parvam substantiam in Bonitate; quàm, magnam. Quod est impossibile, & contra Magnum Opus quod habet Deus in Bonitate sui ipsius, per generationem, & spirationem Divinarum Personarum.* col. 3.

Tertius Textus: *Deus non posset creare substantias corporales; non creando animas.* col. 6.

Nodus. Cùm ex creatione hominis, nihil perfectionis accrescat Deo; videtur relata Lulli Doctrina saltem maiori interpretatione indigere.

Enodatio. *Si Deus in tempore tres potentias animę non creasset; injuriam fecisset suæ memorabilitati.* etc. Quia, memorabilitas, & intelligibilitas Dei, ad extrà, involvunt ab æterno tres dictas potentias, pro tempore decretato: à quibus Deus dicitur *intelligibilis, & amabilis*, etc. Et sic, infert Textus, quód Deus, ex eo quod sit memorabilis; creavit creaturam memorativam: &, ex eo quòd sit intelligibilis; intellectivam: &, ex eo quòd sit amabilis; amativam. Infert secundo Textus, quòd, si Deus, qui est omni modo Magnus; maior esset, quoad extrà, in non producendo hominem; quâm in producendo: sic, esset maior ad intrà, in non producendo; quàm in producendo: seu, in non habendo virtutem productivam; quàm, habendo ipsam. Quod est, contra opus Dei internum. Et in tertio Textu (*Non posset creare*) est actus secundus Potestatis: &, idem quod creare; seu, velle creare. Nec sic vult Lullus addere Deo ab æterno quidquam: nisi, objectivé, id quod importat objectivè Dei Decretum æternum.

Secunda

Secunda Propositio.

SOLVS *homo agit contra naturam. Quoniam, nullum animal irrationale se ipsum occidit: & tamen aliqui homines se ipsos interficiunt. Et solus homo est Sodomita. Solus homo jejunat: solus homo verecundatur mingere coram alio: &, habere coitum cum muliere, coram altero. Et sic, de aliis similibus istis.* col. 4.

Propositio videtur dicere: jejunium, & verecundiam obscoenitatis, esse contra naturam. **Nodus.**

In hoc Textu Lullus adducit plures rationes: & qualibet harum infert, in homine esse animam rationalem; ex qua proveniant actus, quos ibidem enumerat: & qui in aliis animalibus non reperiuntur. Et solum dicit, primum actum esse contra naturam. De ceteris autem, distinctè, & aliter loquitur: ut patet. De quibus dicit, quòd per ipsos anima, seu homo, cogit corporis naturas: scilicet, homicidio sui, appetitum vivendi: jejunio, appetitum comedendi: verecundia, appetitum mingendi: etc. *Natura* enim, apud Lullum, idem est quod activitas, quatenus ex ipsa potest nasci actus cuius est activitas. Et sic, *cogere corporis naturas*, idem est quod, cogere corporis activitates; ne producant suos actus. Et sic; Lullus, non contra naturam; sed, contra naturam corporis, asserit esse actus enumeratos: si, cogere naturam corporis, est agere contra naturam corporis. **Enodatio.**

Tertia Propositio, ex Textu multiplici.

PRIMVS Textus: *Anima, est forma corporis, ut prædiximus. Sed quantum ad se ipsam, nō est forma: sed est ex forma, & materia.* col. 28.

Secundus Textus: *sicut homo est de anima & corpore: ita anima est de sua forma, & sua materia.* col. 37.

Tertius Textus: *Anima, materialiter, de quo est? Solutio. Anima, est de substantia, & accidentibus. De substantia est; in quantum est de partibus substantialibus, quæ constituunt illam in substantiam, secundùm quod diximus. Quæ partes sunt, Bonitas; Magnitudo.* etc. Ibidem.

Quartus Textus: *Anima, est per formam, & materiam: sicut homo, qui est per animam, & corpus: sicut panis, per farinam, & aquam.* col. 44.

Quintus Textus: *Anima est de forma, & materia: & forma, quantitatem habet activam.* col. 55.

Sextus Textus: *Dispositio naturalis, quæ est intrinseca; & stat medium inter formam, & materiam animæ; est ens positivum, & reale.* col. 61.

Septimus Textus: *Anima, & corpus, comprehendunt, & continent se invicē; in quantum sunt mixta, & conjuncta utriusq; principia, altera in alteris. Et ideò, Anima non est extra corpus; sicut amphora, quæ est extra vinum: nec corpus est extra animam; sed, sunt unum in altero. Sicut, & multò melius, in denario,*

qui est argenti, & cupri; in quo, quælibet suarũ partiũ, est una in altera. col. 77

Nodus. In primo Textu, secunda pars videtur destruere primam: & non omnino convenire cumCõcilio Vienen.& Lateranen.In septimo,dicere videtur; hominem esse quoddam mixtum ex anima, & corpore: sicut Denarius compositus ex argento, & cupro. Quod, diversum esset à cõmuni Philosophia. Denique, ex ceteris Textibus suspicari posset aliquis, Lullũ posuisse in anima rationali veram compositionem ex materia, & forma. Ex quo, sequi putet quispiam,quòd anima rationalis sit ens completum; & per consequens, ex illa, & corpore, non posse constare verum hominem, qui sit unum ens per se. Vnde, tota propositio, distinctius explicanda videtur.

Enodatio. Quomodo Anima dicatur à Lullo esse ex materia, & forma; explicatum ex suprà, Parte Prima, Propositione. 16. & infrá ad Art. 40. Eimerici; explicato ibi modo,quo anima non est sua forma; in quantum constitutum, non est suum constituens. Est tamen forma corporis. Intelligitur à Lullo esse de partibus substantialibus; in quantum Bonitas, Magnitudo. &c. ex quibus constituitur; partes intelliguntur ex natura rei distinctæ:ut ait Scotus. Intelligitur esse de accidentibus; in quantum ea quæ in anima, ex natura rei distinguntur, unum per aliud dicitur tale, & esse sic, per aliud tale. Intelligitur esse accidens; id est, tale, non per se, sed per aliud. Et ea quæ sic in anima partes intelliguntur; mixta intelliguntur cum similibus corporis partibus; in quantum simul aliæ aliis sunt præsentes, seu conjunctæ. Et, per illud Adverbium: *Et multò meliùs*; excluditur propria mixtio earumdem. Dispositio naturalis inter materiam, & formam animæ, intelligitur esse constitutio, qua esse activum, & esse passivum constituũt animam. Dictiones illæ, *sicut, &, ita*, in Textu, non significant omnimodam similitudinem: sed, aliquam.

Quarta Propositio.

ANIMA, habet in se sua propria, & naturalia principia: scilicet, Bonitatem, Magnitudinem, etc. Per ista principia substantialia, ex quibus constituta est; habet rationes; sicut, per Bonitatem, habet rationem ad bonum producendum, scilicet, naturale: & morale bonum. Nec non, habet anima in se, ratione Bonitatis, essentiale Bonificativum, Bonificabile, & Bonificare. col. 20. & col. 89. *Anima, quomodo lucratur virtutes? Item, merita, quæ homo acquirit, boni, vel mali; de quo sunt? Solutio. Moralitates bonæ, sunt similitudines partium interiorum, de quibus est anima. Et illæ moralitates, sunt ratione finis: sicut Iustitia, quæ est propter iudicare; & meritum, quod Martinus babet; est de fine: & Iustitia, & merita quæ sunt mala; sunt de habitibus privativis à fine, & de bonis moralitatibus privatis.* col. 40.

Quinta Propositio.

FABER facit cum martello clavum, & cum clavo, denarium lucratur. Et ideò in actu lucrandi denarium, participant manus quæ movet martellum: & anima, quæ movet manum: & martellus, qui movet clavum. Simili modo, principia intrinseca, quæ exteriora movent; & exteriora, quæ movent actus corporales; movent virtutes, quæ lucrantur merita: quæ remunerat Iustitia Divina; ita amando illa, cum hoc quod dat. Sicut carpentarius, qui cum denario emit clavum. col. 89.

Sexta Propositio.

ANIMA, cum una virtute movet suos habitus ad aliam virtutem, sive virtutes. Sicut, cum fortitudine movet suam voluntatem ad amandum Iustitiam, Temperantiam, Humilitatem, Spem; & sic de aliis virtutibus. Et hoc idem facit de vitiis. Sicut, cum Luxuria movet Gulam, & Invidiam; aliis vitiis stantibus occasionibus aliorum. col. 92.

Septima Propositio.

CVM interiore virtute naturali, & substantiali, movet anima virtutes morales exteriores: & cum potestate virtutis interioris, movet potestatem virtutis exterioris: & cum magnitudine virtutis intrinsecæ, movet magnitudinem virtutis extrinsecæ. Et, si movet cum parva potestate virtutis intrinsecæ; movet parvam virtutem exteriùs. Et ideò habent culpam homines, habentes magnam potestatem interiùs; quando cum illa magna potestate non movent, nec producunt magnam potestatem exterius. col. 92.

Octava Propositio.

SICVT homo, qui injuriose occidit alium hominē; & manet in carcere Regis; non potest inde exire: quamvis velit exire: sic anima, quæ cecidit in peccatum; non potest exire à carcere Divinæ Iustitiæ, qui fortior est carcere Regali: quamvis anima velit exire. Sed, quia misericordia Dei habet magnum jus in illa anima; cùm primum ipsa se vult judicare, tàm citò potest à carcere exire: & potest se velle judicare; per Posse parcendi, & judicandi; cum quo Posse, potest surgere.

Nona Propositio.

ANIMA, stando in peccato mortali, quando convertitur in statū gratiæ? Solutio. Materia, in quantum se disponit ad patiendum; disponit formā ad essendum motivam. Tamen, nōn movet formam ad essendū motivam. Quoniam si faceret; forma passionem haberet: & materia, actionem. Disponitur ergo anima quæ est in peccato mortali, ad essendum in statu gratiæ

gratiæ; inquantum se iudicat ad satisfactionem, per conscientiam, contritionem & pœnitentiam: & postulat indulgentiam: & placet sibi de illa vindicta quam in ipsa, Divina Iustitia vult inferre. Et postquam anima se ponit in ratione; non potest abesse sibi gratia Divina; quæ, cum Misericordia, & Iustitia concordantiam habet. Et per hunc modum Deus ipsam convertit de malo in bonum. col. 86

Decima Propositio.

ANIMA est de Deo, ratione creationis. Quoniam ipse produxit eam de non esse, in esse: necnon, sustinet ipsam in esse. Quia si ipsam non sustineret; reverteretur in non esse. Est adhuc anima de Deo; propter hoc; quia dat sibi beneficia, quæ ipsa habet; proprietatès que, ac naturam. Quoniam, absque Deo, nulla anima haberet inclinationem ad bonum intelligere, & velle, & sic de aliis actibus. col. 40.

Nodus. Decem præmissæ Propsitiones, sunt explicandæ distinctius: nequis severius quám par esset, interpretetur, eas favere Pelagianis dogmatibus; quatenus significarent, solis naturæ viribus, sine Dei gratia, posse hominem prædicta bona agere. Si tamen verus earum sensus hic esset.

Enodatio. Intelligit sané Lullus supradictis propositionibus; Animam, secundum sua intima principia, activè se habere ad moralia bona, & ad merita: remoté tamen, seu, ut per aliud agens. Proximè verò, per gratiam Dei. Vnde, gratiam exprimit in Propositione decima, dum ait: *Animam, præter esse creatum, quod habet a Deo; ab eodem accipere beneficia. Quoniam, absque Deo, nulla anima haberet inclinationem ad bonum intelligere, & velle, & sic de aliis actibus bonis.* Alibi sæpè eamdem Assertionem repetit clarius. Vide quæ diximus infrà ad Art. 70. Eimerici.

Vndecima Propositio.

SI Anima non posset peccare; homo non posset liberè servire Deo; sed, coactè: & non esset dignus, ut Deus ipsum amaret; & remuneraretur: & amitteretur finis libertatis: & Iustitia Divina non haberet subjectum in quo posset judicare. col. 49.

Nodus. Si Propositionem hanc velit aliquis ita generaliter interpretari, ut eam extendat ad Christum; ansam nimirum inde captare videbitur, ad ipsam impugnandam. Quia tunc, *posse peccare*, non pertineret ad rationem formalem liberi arbitrii: quæ, in Christo fuit perfectißima; &, ipse peccare non potuit.

Enodatio. Intelligitur Textus, solùm de puro, & viatore homine, qui potest peccare: ac, de anima, eum constituente: non verò, de Christo; nec de eius anima: quæ, non potest peccare. Patet èx Quæstione ad quam Textus respondet;

pondet; quæ, sic habet: *Quare Deus non creavit animam in tali statu; quòd non posset peccare?* Quod est quærere; Quare anima, quæ potest peccare; nō fuit creata impeccabilis? Ad quam Quæstionem respondet Textus: *Si Anima*, (scilicet prædicta) *non posset peccare; homo non posset liberè servire Deo; sed, coactè.* Nam, cùm hæc anima, secundum se totam, sit ex nihilo producta; ratione suæ imperfectionis, ac nihili ex quo est; sic est libera; quòd potest peccare: & ratione suæ perfectionis, potest facere bonum. Ex quo sequitur; sic, liberam non fore; si non posset peccare. Anima verò Christi, licet, secundum naturam sit ex nihilo: quia tamen, ut subsistens, non est ex nihilo; & est Deus: hinc est, quòd eius libertas non est ad malum: sed, ad bonum tantum. Et sic, manet libera, libertate sibi competenti: &, non potest peccare. Quomodò autem sit libera; si non potest facere oppositum; hoc explicant Theologi. Fortè, sat est, quôd oppositum posit facere conditionaliter: scilicet, si bonum esset; & à Deo volitum.

Duodecima Propositio, ex Textu multiplici.

PRIMVS Textus: *Vtrū anima sit tormentabilis in igne Infernali? Solatio. Ita est contra proportionem animæ locus infernalis, & Ignis qui in illo loco est: sicut est concordia animæ, & Cæli empyrealis; & sui nitoris. Et hoc est; quia anima damnata, primò fuit proportionata secundum Cælum Empyreale: & postea, judicata ad Ignem Infernalem: & ratione huius, Ignis Infernalis, & locus, attingunt proportionem, & dispositionem animæ contra Substantiam, & principia illius naturalia: & ita, illam tormentant secundùm prædictum modum.* col. 29.

Secundus Textus: *Si anima est mala moribus; est subjecta Iustitiæ Dei: quæ privat fines principiorum animæ, & suarum potentiarum, ad quem finem creata est: & facit illam stare vacuam illorum finium. Et illa vacuitas, est Ignis Infernalis spiritualis animæ. Et est tanta pœna illa; quantum nullus homo posset cogitare, dicere, atque scribere.* etc. col. 41.

Tertius Textus: *Anima damnata, quomodò habet pœnam? Solutio. Anima damnata habet pœnam: quia sui habitus, fine privantur; & omnia sua principia. De quo fine est vacua: sicut voluntas esset vacua; si haberet Amativitatem; & non Amare, nec Amatum. Et, sicut intellectus esset vacuus; si haberet Intellectivitatem; & non haberet Intelligere; neque Intelligibile. Et hoc idem, de memoria. Habet ergo pœnam anima secundùm talem modum. Quoniā, sua volūtas non habet Deum, per modum Amabilitatis; sed, Odibilitatis. Et ideo Intelligibilitas Dei, & Recolibilitas, nō possunt esse quies Intellectivitati, & Recolitivitati. Et privatur bonitas naturalis animæ, suo fine. Et hoc idem, de privatione aliorum principiorum. Per quam privationem habet anima spiritualem passionem. Quæ passio, est magna, secundùm quod est magna privatio finis. Et, secundùm quod est durabilis illa privatio in æviternitate.*

 Quæ

Quæ duratio, dat pœnam Intellectui: in quantum ipsam intelligit: & ita magnam pœnam: sicut magnam intelligit. Et idem est de memoria; in quantum ipsam recolit: & de voluntate, in quantum illam odit. Et illa pœna, est ita magna; ut non possit enarrari; neque scribi. col. 85.

Nodus. In his locis videtur Lullus, agens de anima damnata; diminute loqui, cùm de pœna damni; tum de pœna sensus. Ac proinde supplendus est aliunde.

Enodatio. Lullus, in prædictis locis, de spirituali tantùm pœna animæ damnatæ loqui videtur. At in Lib. Sent. Quæst. 134. & alibi, ait: *Animam damnatã, & Dæmonem, cruciari igne corporeo supernaturali, Dei virtute elevato, ad Spiritus tangendos.* Et de hoc ibidem late tractat.

NONA PARS,

Explicans Propositiones controversas in Libro appellato, *Planctus Raimundi.*

Prima Propositio.

VERUMTAMEN, *Iesus Christus, propter suam magnam pietatẽ, voluit quinquies mihi Crucifixus apparere: ut eius memor, procurarem ut ab universo Mundo ille cognosceretur: & infallibilis veritas Sanctissimæ Trinitatis, & gloriosæ Incarnationis, prædicaretur in universo Mundo.* Numero. 2.

Secunda Propositio.

HABEO *Artem Generalem, quæ mihi à Spiritu Sancto data fuit: qua potest homo discere omnes sciẽtias naturales: tum maximè, Theologiam. Et nulla alia Ars est, quæ tantum valeat ad solvendas Quæstiones; & destruendos errores, ratione naturali.* Nu. 8.

Nodus. Secunda Propositio, est dubia: cúm Ars, & Doctrina à Raimundo tradita, multa continere videatur diversa á Fide. Et Prima Propositio videri posset alicui, præsumtuosi hominis esse.

Enodatio. Non dicit Lullus in Originali, quòd sibi Ars data fuerit á Spiritu Sancto. Sed, quòd data fuit, dono spirituali. Quod intelligit sic: quód existimet, bonam esse: &, consequenter, donum Dei: sicut omne bonum, & omne donum perfectum, de sursum esse dicitur. Valet quidem hæc Ars ad destruendos errores. Nam, continet multa magni momenti, ad eos destruendos.

per

per rationem, Dei auxilio. An autem contineat aliqua diversa á Fide, possibile est. Author, omnia subjecit correctioni Romanæ Ecclesiæ. Et sic, præsumtuosus non videtur. Artem Lulli, sub titulo *Artis Brevis*, approbarunt Doctores quadraginta Parisienses: ut constat Instrumento Authentico.

Tertia Propositio.

O *Eremita, non nego, quin mortaliter multoties peccaverim ego. Verumtamen, omnia peccata mea Sacerdoti confessus fui. Et postquam mihi Christus apparuit (ut dixi) & confirmavi ego meam voluntatem in eius amore; amplius scienter non peccavi mortaliter. Et ita, possibile est, quòd, propter mea peccata præterita, non sim adjutus ad operandum bona. At verò, injuriam Christus irrogaret; si non me adjuvaret: cùm diligam ipsum; & propter eum spreverim Mundana omnia.* nu. 12.

Propositio (nisi diversus sit Textus ab Originali) videri posset alicui temeré dicta. Quia Lullus, de sua sanctitate præsumere videtur; & Christū, quodammodo sibi debitorem facere; &, in convertendis Infidelibus, suam voluntatem, Divinæ non omnino subjicere. Et, quia, ad convertendos Infideles, nullibi apparet in hoc Tractatu, quod aliud requirat, quàm prædicationem, & argumenta, & rationes ex sua Arte. Gratiæ vero Divinæ expressè non meminit. **Nodus.**

Non dicit Lullus in Originali: *Possibile est, quòd, propter mea peccata præterita, non sim adjutus ad operandum bona* etc. Sed dicit: *Potest esse in præterito, quando cæcus eram; & Mundanæ vanitatis amator; adjutum me non fuisse per Christum ad faciendum bonum: eò quòd ego cooperari nolebam. At verò, injuriam Christus irrogaret; si non me adjuvaret: cum diligam ipsum.* etc. Id est: cùm velim, & sim paratus, Deo adjuvante, cooperari in bonis. Nam sic, Deus, qui ab æterno sic paratum decrevit adjuvare; injuriam suo Decreto irrogaret: & ratione Decreti, mihi sic parato. Quibus vult Lullus; opus quod ipse gerebat ad convertendum Infideles; Deo non esse ingratū; sed, acceptum; & dignum adjutorio aliorū hominum. Sed, non nisi probabiliter, Lullus de sua sanctitate existimat: &, non nisi ratione Decreti, Deum sibi debitorem facit: cui suam voluntatem subjicit in omnibus; prout Deum super omnia diligere se fatetur. Et, de gratia meminit, ad convertendos Infideles necessaria; quatenus, quoad se, juvamen Dei in hoc sibi non deesse concludit. Vel, prout cum mediis, ad hoc necessariis, illam invocavit. Et in fine *Artis inveniendi veritatem*, sic ait: *Influente gratia Dei, Ars ista aptissima est ad reducendum quoscumque Infideles ad fidei veritatem.* **Enodatio.**

Quarta Propositio.

A *NIMADVERTERE deberes, Raimunde, quòd Magni, plus muneribus, quàm suasionibus, vel precibus inclinātur. Unde, tibi cōsulo;*

 quòd

quòd munera largiaris; si habes: & sic, negocium concludetur. Nam, dando, poteris omnia desiderata absolvere. nu. 17.

Nodus. Propositio videtur modificanda distinctiùs: ne Lullus, sub nomine Eremitæ, carpere videatur Principes, nõ seculares tantum, sed etiam Ecclesiasticos; quòd magis muneribus, quàm precibus, excitentur ad præclara facta.

Enodatio. Lullus, Textum hunc adducit, tamquam ab opponente Prælatum. Ex se tantùm ait; *Hominem, qui parùm dat; non libenter auscultari ab aliis.* Quod intelligit, illis exceptis, qui exceptione digni sunt. Sic solent alii similem proferre, & intelligere sermonem.

Quinta Propositio.

O *Eremita, quomodo existimas me abscondere scientiam talem, qua fides nostra tam commodè potest probari hominibus Infidelibus; qui media mea Doctrina, possint salutem consequi.* Nu. 22. *Et nisi fides nostra probari possèt; igitur culpa carerent Christiani, nolendo eam Infideles docere. Qui, justè de Deo conqueri possent, eò quòd non permittat probari maiorẽ veritatem: ut, Intelligere, adjuvet ad amandum Sanctissimam Trinitatem, Incarnationem, & alios Articulos: qui, sic intellecti, plus possent diligi, quàm, ignorati: &, ipsis intellectis, homo melius posset resistere falsitati.* Numero. 24. Idem prosequitur, Nu. 28. & 58.

Nodus. Propositio, nova videtur; si sensus sit: Mysteria Fidei, posse demonstrari evidenter, ratione naturali: ut inferri fortasse posset ex Nu. 25. & videntur honori Divino derogare verba illa: *quòd possent justè conqueri de Deo Infideles.*

Enodatio. Quomodó Lullus intelligat; posse probari Mysteria Fidei; explicat ipsemet in Textib. adductis supra Sectione Prima, Præludio secũdo, & Sect. 2. Propositione. 1. & aliis. Additque hîc: *Si nequaquã illo modo probari possent; excusatos fore Christianos, si nollent illa docere Infideles:* illos scilicet, qui ipsa nolunt amplecti, nisi illo modo probentur. Et possent arguere Deum: qui, cùm, quoad extrà, ab æterno decreverit id quod melius est; quale est, posse dicto modo probari Mysteria Fidei; hoc, in tempore decretato, non adimpleret. Hoc enim modo arguit, & probat Lullus Mysteria Fidei, his qui volunt, ut debent, supponere; *Deum, ab æterno meliora decrevissè.* Iuxta

August. illud Augustini: *Quidquid tibi melius cum ratione occurrit: hoc scias Deũ fecisse.* Et prima pars Propositionis, corrupta est. Nam, in Originali sic habetur: *Eremita, quomodò existimas, quòd talem abscondam scientiam; qua potest fides nostra probari Infidelibus, ut à Deo salventur.*

Quarta Propositio.

F *E R E omnes homines Mundi, salvi erunt. Quia, nisi plures essent salvi, quàm, damnati; Dei Pietas careret Magnitudine Charitatis.* nu. 41.

Nodus. Propositio ista, si esset Lullo attribuenda, quatenus sub nomine Eremitæ ipsam profert; videretur discrepans ab ipsius Doctrina.

Enodatio. Lullus Propositionem adducit, ut argumentum oppositum sibi. Quod statim

ftatim ſolvit,& reprobat ibidē:ſicut cetera alia. Ait enim ad illud: *O Eremita, ſolis verbis me occupas: & vis me conſolari: &, de maiori miſericordia, quàm Iuſtitia, facis ſermonem. In quo, deciperis.* etc.

Septima Propoſitio.

O *Raimunde, prædeſtinati, neceſſariò ſunt ſalvandi.* nu. 44.

Propoſitio, videtur error Eremitæ. Sed, (ut apparet) Lullus illum redarguit. **Nodus.**

Nodus ipſe, ſimul rem enôdat: & ſe ipſum diſſolvit. **Enodatio.**

Octava Propoſitio.

Q*VIA homines ſunt ſcelarati, & indigni; Deus ferre non vult ut aliquis oret pro illis.* Num. 49.

Videtur Propoſitio, primo aſpectu, pias aures offendere: niſi fortè mendoſus ſit Textus. **Nodus.**

Textus, planè eſt corruptus. Sic habetur in Exemplari: *Eremita, quando conſidero; quòd, amoris, & valoris Domina, Iuſti etiam, ac peccatores, & quilibet Sanctorum, rogat Dominum Noſtrum, quòd Mundus totus Chriſto honorem exhibeat; & video Chriſtum à Mundo contemni: tunc ferè triſtitia pereo, & dolore. Et quia ſunt tam indigni, ingrati peccatores; quòd ferè non ſuſtinet Deus quòd pro ipſis preces fundantur.* Quibus verbis, non negat Lullus; Deum ſuſtinere, pro peccatoribus fundi preces. Sed, tantùm ait; peccatores, tam indignos eſſe ipſa miſericordia; ſcilicet, quòd Deus ſuſtineat, preces fundi pro illis; quòd maximè ab eiſdem peccatoribus provocatus eſt, ut ferè non ſuſtineat iſtud. **Enodatio.**

Nona Propoſitio.

N*ON ſumus creati principaliter, ut aſſequamur merita: nec, ut conſequamur gloriam. Sed, ut Deus in Mundo honoretur à populo ſuo. Idcirco ego non lætor abſolutè, retributione mea: nec doleo, quòd parva ſit. Quia non ſum creatus ad illum finem.* nu. 53.

Propoſitio, prout ait: *Non ſumus principaliter creati ad gloriam*, ſi intelligeretur de ultimo fine particulari; non eſſet juxta communem. Quia finis particularis, dicitur ipſa gloria. Et prout ait: *Idcirco ego non lætor*; diſcrepare videretur ab illo Chriſti: *Gaudete, & exultate: quoniã merces veſtra, multa eſt in Cælis.* Et quatenus addit; *Quia non ſum creatus ad illum finem*, minus rectum faceret ſenſum (cùm ad Beatitudinem creati ſimus) niſi ſubintelligatur Adverbium *principaliter.* **Nodus.**

Intelligit Textus, ſeu Author, quòd non ſumus creati *principaliter* ad merita, & ad gloriam; ſed, ad Deum honorandum, & diligendũ: ſic, quòd plus Deum, quàm noſtram gloriã diligere teneamur. Nam, ſi Deus nollet **Enodatio.**

accepta merita, nostra; nec nobis quidquam pro ipsis retribuere: nihilominus Deum teneremur diligere. Idcirco addit Lullus: *Retributione mea non lætor absolutè: nec absolutè doleo quòd parva sit*; sed, respectivè, seu conditionaliter; id est; lætor de illa, si Deus velit mihi retribuere: &, nō doleo, si parva sit; si parum mihi velit retribuere Deus. *Quia non sum creatus* (scilicet, *principaliter,*) *ad illam*: sed, minus principaliter, explicato modo. Exhortamur ergo à Christo, *gaudere, & exultare* (scilicet, minus principaliter) *de mercede magna Cælesti*.

Decima Propositio.

POTIVS *Deus hominem condidit, ut Deo potissimùm serviat; eique honorem deferat; quàm ut homo gloriam, seu vitam æternam consequatur. Quoniam verò homines non sunt in fine creationis: quò magis desiderant suam salutem procurare; quàm Deo honorem tribuere; eò minus huiusmodi homines possunt esse in gratia Dei. Quin potius vivunt in peccato.* nu. 67.

Nodus. Propositio, quoad primam partem, (nisi mendosus sit Textus) dat ansam captantibus eam, interpretandi quòd significat, Deū aliquid ab homine accipere. Et, quoad secundam partem; significandi, quòd, desiderare, seu procurare sibi gloriam; sit, ab honore Dei divertere. Denique Lullus à nu. 49. usque ad 67. videri potest alicui, loqui de fine particulari, non de universali.

Enodatio. Textus, corruptus est. Sic enim habetur in Originali: *Eremita, jam tibi dixi (si meministi) quòd Deus creavit hominem, potius ut Deo serviat; tribuàtque honorem; quàm ut gloriam assequatur. Et quoniam homo, ad hunc finem, ad quem potius est creatus, non tendit; in quantum, plus sibi diligit gloriā; quàm, Deum honore haberi: propter hoc, non potest homo ipse in gratia Dei esse. Immò, manet in peccato.* Hic Textus, non differt à Propositione Nona, quā citat: nec aliter intelligitur. Qui enim, habitualiter saltem, seu, habitu charitatis, non diligit Deum, modo explicato in Propositione Nona; seu, qui plus suam gloriam diligit; quàm Dei voluntatē; sic, quod non velit Deum diligere, nisi velit Deus ei retribuere: manet in peccato.

DECIMA PARS, INDICANS Textus aliquos,

Quibus Lullus, se, ac sua scripta, correctioni subjicit.

ILLA

ILLA, quæ in hoc Opere propono dicere; volo quòd sic intelligantur in omnibus, salva veritate, reverentia, & honore Ecclesiæ Romanæ Sacrosanctæ: cuius correctioni, hæc, & omnia alia mea dicta submitto. In Prologo. Lib. Sententiarum. *Textus.1.*

Verumtamen, si in aliquo ego erravi in ista Quæstione; vel, in aliis de Deo; peto correctionem à Doctoribus Sanctæ Ecclesiæ Romanæ. Quæst. 1. ad Thomam Attrabatensem. *Textus.2*

Raimundus, à Deo misericordiam petit, si in aliquo negligens fuerit, in tractatu huius Arboris. Et, si in aliquo erravit in ipsa; ex certa scientia non erravit; sed, ignoranter. Et supplicat Sancto Patri Domino Papæ, & suis Fratribus, quod hunc Librum gratanter accipiant: & ipsum corrigant; si in se aliquem errorem cótineat. In fine libri appellati *Arbor Scientiæ.* *Textus. 3*

Et Raimundus, ante dictis Doctoribus Parisiensibus, ac Magistris, humiliter supplicavit, ut, si in aliquo erraverit in hac Arbore; illud, ad suum placitum, & secundùm suam discretionem corrigerent. In fine lib. nominati, *Philosophia Amoris.* *Text. 4.*

Ceterum, quia necesse est, nos, in hoc libro loqui de Deo: idcirco, si in aliquo contra fidem Catholicam errare contigerit; dicimus, & cõfitemur, non scienter, sed ignoranter fecisse: & id submittimus corrigendũ Ecclesiæ Romanæ Sacrosanctæ, tamquam fidelis, & Catholicus Christianus. In Prologo lib. *de Ascensu, & descensu Intellectus.* *Textus. 5*

Si nimia nostrorũ sermonum improprietas (ut loquamur sententiosius) vel nostri ingenii, aut etiam translatoris insufficientia, aliquem errorem contra Sanctam Fidem Catholicam prætendere videatur: correctionem Ecclesiæ Romanæ Sacrosanctæ suppliciter imploramus. In Prologo *Artis inveniendi veritatem.* *Textus.6*

Nos tamen, hanc Scientiam, sive Lecturam, correctioni Sacrosanctæ Matris Ecclesiæ Romanæ submittimus; si fortè in quavis ipsius parte (ut homines sumus) á via veritatis deerraverimus: credentes, & confitentes, id, (si quid erit) certa scientia non fecisse. In Prologo Lecturæ super *Artem Inventivam veritatis.* *Textus.7*

Hic Tractatus corrigatur; si ego in aliquo erravi. In fine Lib. de Oratione per decem Regulas. *Textus.8*

Si veró quidquam malé diximus; vel prætermisimus; correctione dignum: id, ignorantiæ nostræ, ac fragilitati ascribendum est. Et exoramus suppliciter, ut correctionem Romanæ Ecclesiæ SacroSanctæ subeat: nec nõ, cetera quæ fecimus; & quæ facere proponimus, ad exaltationem cognitionis, & amoris Omnipotentis Dei. In fine *Lecturæ super figuras Artis demonstrativæ veritatis.* *Textus.9*

Verumtamen, si in aliquo erravimus in hoc libro, aut in aliis; contra Sanctam Fidem Catholicam; propterea, ipsum, & alios; submittimus correctioni Ecclesiæ Sanctæ Romanæ. *In libr. de Deo.* *Text. 10.*

Raimundus veró dixit, quód si in aliquo erraverit non scientialiter; se *Text.11.*

submittit ad correctionem Romanæ Ecclesiæ Sacrosanctæ. In Fine Libri inscripti: *Disputatio Intellectus, & Fidei.*

Text. 12. Perfecit Raimundus suam Contemplationem: &, quantum potest, supplicat Venerabili Collegio Doctorum Theologiæ Parisiis, quòd ipsam acceptent: &, si in aliquo correctione indigeat; ipsam ad placitum corrigant. In fine *Lib. Contemplandi Deum per decem modos.*

Text. 13. Si autem erravi in aliquo contra Fidem; hoc non feci scientifice; sed, ignoranter confiteor hoc dixisse. Cui Fidei submitto ipsum librum, & correctioni Ecclesiæ Sacrosanctæ Romanæ. In fine *Lib. De convenientia Fidei, & Intellectus in objecto.*

Text. 14. Si in aliquo impropriè locuti sumus; aut erravimus; non intentionaliter, sed ignoranter intelligatur id esse: & ideo ad correctionem Sacrosanctæ Ecclesiæ submitto istum librum, tamquam verus Catholicus Christianus. In Prologo *Lib. De Demonstratione per Æquiparantiam.*

Text. 15. Et Venerabiles Domini mei Theologi, sive Doctores in Theologia, qui sunt columnæ Sanctæ Fidei Christianæ, verè dicunt: & credo quòd prædictam veritatem diligunt. Verumtamen, si in aliquo erravi; illud, in quo erravi, non credunt, nec diligunt; cùm sint amatores veritatum, ac correctores. Et, si ego erraverim; scienter non erravi; sed ignoranter; & humiliter, ac, sicut possum, supplico eis, sicut servus fragilis potest supplicare Nobilissimis, & Potētissimis Dominis suis; quòd dicta mea corrigant; declarent, acceptent; & ordinent. *In fine Lib. Contra errores damnatos Parisiis.*

Text. 16. Cùm ego, huius cōpilator Operis, sim culpabilis, & peccator; multùmque inops scientiâ, & meritis, ceterisque rebus, quæ cum virtutibus sunt ducentis: ideoque hoc Opus correctione Sanctæ Fidei Romanæ subjaceat: sic ego, in aliquibus locis huius Operis, per ignorantiam, ac vocabulorum improprietatem, seu, per insufficientiam sermonum nō sufficientium altitudine & materiæ huius libri; dixerim, seu in hoc præsenti libro, seu in aliis, quos compilavi; quidquam, contrarium Sanctæ Fidei, ædificatæ à Domino Iesu Christo, & conservatæ à Summo Pontifice, Patre Sancto, & a cūctis Prælatis Ecclesiæ Sanctæ, subjacentibus Romanæ Fidei disciplinæ: supplex postulo devotissimè, quantum possum, ut illud in correctionem deveniat; tamquā fidelis Christianus; confitens, & protestans, me non errare voluntariè; sed solùm per ignorantiam; &, quia indignus sum de tantæ materiæ celsitudine pertractare. *In Prologo Lib. De 14. Artic. Fidei.*

Text. 17. Si fortè in aliqua parte, vel partibus ipsius Libri, erraverimus, per vocabulorum, seu dictionum improprietatem, vel insufficientiam; seu, per falsam, aut debilem sententiā, & translationem; sive per aliqua (quæcunque sint illa.) In quibus, non erravimus scienter; sed solùm, per ignorantiæ cæcitatem: subjicimus universaliter correctioni Romanæ Ecclesiæ, Sacrosanctæ. *In fine eiusdem Libri.*

Text. 18. Finit Libellus de Disputatione Christiani, & Sarraceni. In quo, si ego Raimundus, aliquid contra Fidem Catholicam sum locutus: hinc cōfiteor, me dixisse

dixiſſe ignoranter, & nõ ſciẽter: & ſubmitto me, & ipſum Librũ, correctioni Maiorum Dominorum, & Doctorum Catholicorum, & Sanctæ Eccleſiæ Romanæ; tamquam fidelis, & verus Chriſtianus. *In fine ſupradicti Libelli.* Text. 19.

Si autem in aliquibus defecerim; me tædet quamplurimum. Scit enim ipſe Deus; me, ex certa ſcientia non erraſſe. Paratus attamen ſum, correctioné, & doctrinam á vobis ſuper hoc ſuſcipere. *Lib. De laudibus Beatæ Mariæ.* Text. 20.

Si forte in hoc Opere aliquis reperiatur defectus, vel error, cõtra Sanctã Fidem Catholicam; nos dicimus, & affirmamus, ipſum defectum à nobis eſſe: & in ipſum errorem nos incidiſſe propter ignorantiam, habentes bonam intentionem, caſtam, & Catholicam. Quem errorem, nos non credimus; nec affirmamus: immò rogamus, ab hoc Opere removeri. *In fine Lib. de Contemplatione.*



SECTIO TERTIA PRÆSENTIS Memorialis, in qua reſpondetur impugnationibus, atque calumniis Typo mandatis á variis Scriptoribus, & Hiſtoricis, contra Lullum.

VNDECIM Partibus conſtat hæc Sectio. Prima, reſpondet erroribus falſò olim attributis Raimundo Lullo á P. F. Nicolao Eimeric, in ſuo Directorio, Parte. 2. Quæſt. jx.

Secunda Pars eſt, de ceteris Articulis eiuſdem Eimerici, in quibus is cenſet erroneos quoſdam alios Textus, quos ipſi Lullo aſcribit.

Tertia Pars agit de quibuſdam aliis, quæ contra Lullum in eodem Directorio ſcripſit Eimericus.

Quarta Pars eſt de erroribus qui immeritò Lulliſtis affinguntur ibidem ab Eimerico.

Quinta Pars de nuper repetitis in Lullum à P. F. Abraham Bzovio, in ſuis Annalibus. Tom. xiij. ſub Anno. 1260.

Sexta Pars, inſequens alia Bzovii. Tom. xiij. ſub Anno 1294.

Septima Pars, inſequens alia Bzovii, Tom. xiiij. ſub Anno. 1312.

Octava Pars, inſequens alia Bzovii, ſub Anno. 1372.

Nona Pars, finiens alia Bzovii, ſub Anno. 1377.

Decima Pars, de Scholiis P. F. Nicolai Ianſenii pro Bzovio.

Vltima Pars, indicat alios Scriptores, qui ſupradicta jactata contra Lullum, referunt ut acceperunt.

Prima Pars, reſpondens erroribus falſo attributis olim M. Raimundo Lullo, per P. F. Eimeric in ſuo Directorio, Parte. 2. Quæſtione. jx. Artic. 1. & ſequentib.

QVONIAM inter errores, quos Eimericus in Lullum accumulaverat; non pauci comperti ſunt, partim ipſi Lullo ex mera colluſione, & fallacia; partim etiam ex calumnia attributi (quòd, Lullianæ cauſæ æquitatem ſimul, & oppreſsionem, inſigniter indicat) debitæ diſtinctionis ordo videtur exigere, ſeorſum hac prima Parte reſpondere triginta ſex Articulis Eimerici, quibus errores eiuſmodi improvidis, & credulis animis inſinuabantur.

Articulus

QVOD Deus habet plures essentias. In lib. de Philosophia Amoris. *Quæstio: Magnitudo amoris* (dixit Amicus) *suntne plures essentiæ in Amato meo? Solutio. Amice (dixit Magnitudo amoris) in meo capite de definitionibus cõpositis, meo Amato significatum est; quòd Amicus est tam conjunctus cum suo Amato per unam essentiam amborum; quòd non possunt separari. Lib. de Philosophia Amoris. cap. 92.* **Textus Lulli.**

Primus Eimerici Articulus (ut, ipso Eimerico vivente, censuit Aragonũ Generalis Inquisitio in Diffinitiva Sententia super his promulgata) ex prædicto Lulli Textu desumtus est. Existimavit enim Desumtor, quęstionem in Textu nõ esse solutam. Aut finxit, se existimasse insolutã. Et inde eam voluit Lullo adscribere, ut erroneam. Sed, immeritò. Tum quia ad tam gravem Lullo adscribendum errorem, causa nimis levis est. Tum quia, non unica, sed duplici solutione solvitur ibi quæstio; & per utramq; negatur id quod quæritur. Vna solutio est expressa; qua Amicus, & Amatus, hoc est, Deus Pater, & Deus Filius, per unam amborum essentiam dicuntur conjuncti. Secunda est, citata in Cap. 6. qua Amicus, & Amatus, Pater, & Filius, dicũntur cõcordare in una Bonitate, Magnitudine, etc. Quamvis enim Amicus, & Amatus, in quæstione Textus, sint, homo, ut diligens Deum; & Deus, dilectus ab homine: tamen in Solutione, sunt Deus Pater, & Filius. Quod patet, primò, quia cùm de solo Deo quærat quæstio: de solo Deo intelligitur data solutio: scilicet, de personis Divinis. Secũdo, quia alioquin solutio, non posset dici solutio; ut dicitur. Tertio, quia non nisi personæ Divinæ dici possunt, Amicus, & Amatus conjuncti per unam amborum essentiam. Quarto, quia ibidem immediatè, ante istam quæstionem, proponitur alia similis quæstio; & citatur solutio, qua Pater Divinus, & Filius, dicuntur Amicus, & Amatus. Quinto, quia in eodem Lib. Cap. 1. sic ait Lullus: *Damus quinque Metaphoras, allegoricè, & moraliter* &c. *Quarum duæ sunt, Amicus, & Amatus: qui, moraliter, accipiuntur in quæstione, pro homine amante, & Deo amato: & allegoricè, in solutione citata, pro Patre amante, & Filio amato, ut Fide cognitis in via.* Sexto, quia Cap. 9. à quo Anagogiæ incipiunt, sic inquit Lullus: *Dicemus de fructu Arboris, per Anagogiã, & Moralitatẽ* etc. Per Moralitatem, in prædicta quæstione loquitur, ut explicui; &, per Anagogiam, in solutione de Amico, & Amato Divinis, ut visis in Patria. **Respõsio.**

Dices: Capite quinto eiusdẽ Libri explicatur; Amicum, esse hominẽ qui diligit Deum: & Amatum, esse eumdem Deum: &, nulla, de Allegoria, & Anagogia prædictis, fit mentio. Respondeo: Caput illud, esse mancum, sive truncatum. Quinque enim, vel sex tantùm versibus constat. Nam ceteri versus, in quibus de aliis agebatur Metaphoris; inadvertenter à Transumtore creduntur prætermissi. Quod satis indicat Prologus ad conditiones, & quęstiones Amoris, in Arte Amativa (ex qua, Liber Philosophiæ Amoris dicitur

V derivatus)

derivatus) nempe easdem Metaphoras continere. Sic enim habetur in dicto Prologo: *In hoc processu, cum dicimus, Amantem, Amicum, Amativum, Amatum, Amabilem, & sic de aliis; aliquando Deum simpliciter intelligimus, per Amantem, Amicum, Amativum, Amatum, & Amabilem. Verùm, plerumque, per Amantem, Amicum, Amativum, hominem contemplativum intelligimus, qui amat Dominum Deum suum.* &c.

Pro solutione, ut suprà explicata, faciunt Textus 9. 84. 85. 86. 87. Cōtra errorē Articuli Eimerici, valent pro Lullo, Text. 8. 29. 30. & illi, qui pro. 13. & 18. referuntur. Quibus, essentia Dei, dicitur una expresse, & non plures. & Textus 2. 15. 16. 17. quibus essentia Dei nominatur in singulari, & sic implicite una. Et 2. 3. 4. 6. & alii, quibus essentia Dei vocatur, natura, Deitas, substantia, in singulari. Et 2. 3. 4. & alii, quibus quælibet attributalis ratio ponitur in singulari, &, sic, ut una cum essentia. Et 22. & multi alii, quibus implicitè affirmatur, essentiam Dei unicam esse. Expresiores de hac unitate Textus citantur in fine Centum Articulorum: tum alii, pro explicata solutione.

Articulus Eimerici Sextus.

QVOD, quia non est altera æternitas, nisi Dei; oportet quòd substantia se habeat ut suppositum æternans: ut de se ipsa producat æternum bonum. In Lib. de Contemplatione.

Textus Lulli. *Deus, est bonus: & in hoc, quòd sua Bonitas est ei ratio, quòd faciat bonū. (Appellamus,* bonum facere, *bonū producere) habet se Deus ad faciendū bonum. Et quia, sua Magnitudo est ei ratio, quòd faciat magnū (Appellamus,* magnum facere, *producere magnum: & hanc locutionem tenemus in toto hoc processu) Deus, qui est magnus; se habet ad producendum magnū. Et ita, respondet substantia æqualiter duabus rationibus in producendo magnum bonum. Illud magnum bonum, producere non potest ex alio; sed, ex se ipso. Quoniā sua Magnitudo, quæ est infinita; tota se habet, ad essendum ratio, quòd magnus infinitus sit productus. Et hoc idem, de bonitate. Et quia nulla alia substantia est infinita; sed substantia quæ est Deus; oportet, quòd Deus producat de se ipso magnū bonum infinitum. Et idem, de æternitate; quæ est ratio æterno, quòd producat æternum bonum. Et quia, alia æternitas non est; sed tantummodò æternitas Dei; oportet quòd substantia se habeat ut suppositum æternans, quod de se ipso æternum bonū producat. Et hoc idem, de Potestate.* etc. In Arbore Divinali, sub titulo, *de Paternitate.*

Respōsio. In Articulo, qui ex prædicto Textu fuit desumtus; *substātia*, accepta pro natura, & designata per illud relativum (*quæ*) dicitur producere. Quod, esset error. At, in Textu; non, *substantia*, sed, *suppositum*, designatū per illud relativum (*quod*) producere affirmatur. Deinde; quia Divina substantia, est, & dicitur esse suppositum; dicitur quoque se habere ut suppositū: cùm, sic se habere; & esse suppositū, idem sint. Dicitur præterea, *æternans*, id est, producens æternum: ut ibidē explicatur: & amplius, Textu secundo.

Contra

Cõtra errorem Articuli Eimerici, eſt Lulli Textus, quo Deus multoties dicitur producere. Nulla autem ratio communis dicitur producere; ſed, ratio producẽdi. Ad idem valent Textus 7. & 12. quibus, eſſentialia in Deo, dicũtur rationes, per quas Deus producit: & Textus. 15. & 16. quibus eſſentia dicitur id, de quo Pater generat, & Filius generatur.

Articulus Decimus Eimerici.

ESSENTIA, & natura Dei Patris, generat Filium. In Lib. de Centum Dei nominibus, & Lib. de. 1000. Proverb.

Textus, ſeu Articulus iſte, apud Lullũ non reperitur. Extractus tamen videtur ex eodem loco, unde ſecũdus. In quo quidem loco, non dicitur quòd eſſentia generet: ſed quòd ſit ratio generandi: ut ſuo loco explicabitur ſecũdo Textu. Contra errorem huius Articuli Eimerici faciunt, Textus 6. & alii, pro ſexto citati. Expreſsiores, citantur in fine. Quorum unus, eſt ſic: *Suppoſiti eſt habere actum; non, eſſentiæ.* Lib. de quinque Sapient. c. 36. *Reſpõſio.*

Articulus Vndecimus Eimerici.

QVOD Deus Pater, eſt, antequam Deus Filius. In lib. de 17. Arboribus.

Quæſivit Eremita à Deo Patre; Vtrum fuit, antequam Filius? Solutio: In productione quæ eſt de æternitate; non eſt anterioritas. Quæſivit Eremita à Patre; Vtrum Filiũ producat in quantitate? Solutio: In productione quæ eſt de infinitate; non poſſunt eſſe, locus, nec quantitas. Quæſtio. Quomodò Pater eſt ante Filium? Solutio. Vade ad rubricã antedictam. In Arbore quæſtionali, de Branchis, titulo de quæſti. Perſonæ Filii. Textus Lulli.

Error Articculi Eimerici, cõflatus fuit ex prædicto Textu per fallaciam A Secundũ quid, ad Simpliciter: Sic: Lullus quærit; Quomodo Pater eſt ante Filiũ: ergo ſentit, quòd Pater eſt antequam Filius. Hoc, fallaciter colligitur; cùm tantùm poſsit inferri, Ad Secundum quid: Ergo Lullus ſentit quòd Pater eſt ante Filium aliquo modo. Quod, nõ eſt error. Et Solutio citata, ſic ait: *Pater, ſecundum ordinẽ productionis tantùm, prior eſt Filio: omni anterioritate temporis excluſa, motu, & imperfectione.* In Arbore Divinali, Cap. de filiatione Divina. Vnde, & Textus, & Solutio citata, repugnant errori Articuli Eimerici: & alii Textus qui citantur in fine. Reſpõſio.

Articulus Decimusquartus Eimerici.

QVOD Deus Pater, eſt multiplicabilis: & Deus Filius, conſimiliter. In lib. de Contritione, Confeſsione, Satisfactione, & Oratione.

Textus Lulli. *Generat Deus Deum infinitum: exitque à Generante, & Genito, Spiritus Sanctus. Vbi, quantitas esse nequit. Ad quod, imaginari non sufficit. Et ideò oportet considerationem exaltari super quantitatem, in contemplando Deum genitum. Homo, qui brevem facit orationẽ, & cum parva devotione; cò quòd parùm mensuret, & accipiat à Deo; si quidem parùm intelligit, & amat ab eo accipere; in quantitate ociosus est, avarus, & negligens. Et qui quantitate orationem auget, quantum potest memorando, intelligendo, & amando; cùm sic debitum suum præstet; orationem multiplicat Bonitate.*&c. Lib. de Oratione Titt. de quantitate Orationis.

Respõsio. Error istius Articuli(qui,ut habetur in Directorio; potius multos Patres, multòsq; Filios, quàm augmẽtum in utroque significat) nõ est in Lulli Textu. Quia in ipso, quantitas, & mensura, non ad Deum, sed ad Orationem referuntur. Contra error ĕistius Articuli Eimerici,militat idem Lulli Textus, prout expresse removet à Deo quantitatem; & alii,citati in fine. Et, unicum tantùm Patrem, & unicum Filium esse posse in Divinis, ait Textus sequens, cum multis aliis.

Articulus Decimusquintus Eimerici.

QVOD Deus Filius, est de Deo Patre totus generatus; & tota eius essentia, & natura. In libro Orationum.

Textus Lulli. *In te, Gloriosa Trinitas, est unus Pater; & non multi Patres; cùm ille sit tam bonus, nobilis, æternus, & infinitus; quòd sufficiat unus esse Pater unius Filii: qui, est totus genitus de tota eius essentia, & natura. Et est Filius; qui sufficit esse unus, omni perfectione completus: sicut sufficit unus Pater.* Lib. Orationum. Cap. 2.

Respõsio. Error istius Articuli Eimerici,non est in Textu Lulli. Quia in Textu essentia dicitur non genita; sed, de essentia Patris, Filius dicitur genitus. Contra errorem Articuli istius pugnant Textus. 16. & alii multi,citati in fine.

Articulus Decimusnonus Eimerici.

QVOD Spiritus Sanctus, est conceptus de Patre, & Filio. In lib. de 1000. Proverb.

Textus Lulli. *Tertia persona, est, propter hoc, Spiritus Sanctus: quia est una conceptio amoris, que exit à duobus.* Lib. Proverb. 1. Cap. 8.

Respõsio. Explicatur mens Lulli, non ut voluit Eimericus. Quia Lullus, intelligit, ex vulgari modo loquendi, conceptionem amoris idem esse, quod productionem amoris. Sic nos, communiter dicimur amorem concipere erga aliquem. Et Iohannes Gerson, Parte 3. nu. 60. litt. P. ait; *Conceptiones, in utero animæ rationalis, tot modis possunt multiplicari quoad potentiam appetitivam; quot modis variantur quoad apprehensivam, seu, cognitivam.* Dicitur etiam: *Cõcupiscentia, cùm conceperit; parit* &c. Quod verò Lullus nõ intelligat, Spiritum

Spiritum Sanctum concipi ut Verbum; sed, ut amorem produci: patet ex eodem Textu: & statim ex alio ibidē; quo, sic ait: *Sicut secunda persona, est Filius, per nasci; ita est Tertia persona Spiritus Sanctus, per exire à duobus.* Idē confirmant, Textus quartus; & alius, qui pro secundo refertur, & multi citati in fine. Vnde, error Articuli Eimerici, *Quòd Spiritus Sanctus absolutè sit conceptus; & sic, permodum Verbi;* non est in Textu Lulli.

Articulus Vigesimussecundus Eimerici.

QVOD, de Patre, Filio, & Spiritu Sancto sic est; quód quilibet eorum stat tam completus, sicut alius. Et stant omnes tres, unus Deus, non distincti in aliquo. In lib. de Contritione, Confessione, & Oratione.

Pater Divinus, Filius, & Spiritus Sanctus, quilibet est tam completus, quàm alius. Et omnes tres, sunt unus Deus, non partitus in tres. Lib. de Oratione tit. de modo Orationis. Textus Lulli.

Error Articuli Eimerici, designatus per illa verba; *Non distincti in aliquo;* non est in Textu Lulli, ut patet; illique repugnāt Textus. 25. 26. 27. 28. 29. & multi alii, citati in fine. Respōsio.

Articulus. 33. Eimerici.

ESSE humanum, est nobilius esse quod Deus creavit: & homo, melior creatura quæ sit. Et, sicut essentia Divina, est summum Esse in Bonitate: ita Filius Dei fuit Incarnatus in meliori Esse quod sit post Divinum Esse. In Lib. Contempla.

Magna est, Domine, ordinatio, & sapientia tua. Sicut enim Domine, essentia tua Divina est in Bonitate, & virtute, melius Esse: sic, Domine, tibi placuit carnem assumere in meliori Esse quod sit post tuum Esse. Nam, te excepto, omnes Bonitates, quæ sunt, & erunt; non attingunt Bonitatem, & nobilitatem Dominæ Nostræ, Beatæ Mariæ. Lib. 2. Contemplat. Cap. 54. Textus Lulli.

Error Articuli Eimerici: *Quòd Esse humanum in communi, & quilibet homo, sit nobilior creatura:* non est in Textu Lulli. Quia, in ipso, solum Esse Beatæ Mariæ, post Christi Domini Esse, dicitur nobilius: scilicet, per supernaturalia dona. Nam, in eodē Capite, sic habetur: *Domine, tibi placuit ordinare, quòd esset in hoc Mūdo mulier Sanctissima, Virgo incorrupta, & sine vitio: à qua, sine corruptione eius virginitatis, humanam assumere posses carnem.* Pro explicatione sic data, de perfectione Beatæ Mariæ, sunt Textus. 19. 99. & alii citati in fine. Vnus eorum, est hic: *Esse humanū, est optimum esse creatum quod esse potest: excepto Esse Angelico.* Lib. de Philosophia Amoris. Cap. 81. Respōsio.

Articulus. 37. Eimerici.

QVOD natura Divina in Christo, unita humanitati, à peccato Originali purificavit, custodivit, ac mundavit eius humanitatem; ut non esset in ea. In Lib. Contemplat.

Textus Lulli. *Humanitas tua, Domine, non fuit mortalis à se; sed, propter nostra peccata: cùm non fuerit corrupta peccato Originali. Nam, Sancta, & Gloriosa Deitas, cum qua conjuncta est; eam purificavit, custodivit, & mundavit ab Originali peccato; quod, non fuit in ea.* Lib. 4. Contemplat. Cap. 251.

Respōsio. Explicatur sané Raimundi Lulli mens. Quia intelligit, Christi humanitatem dici mundatam, & purificatam ab Originali peccato; quatenus ab specie humana infecta peccato, educta fuit pura, & munda. Si enim ab specie munda educta fuisset; aut secundum se totam creata; non diceretur mundata, nec purificata; sicut modô á Lullo dicitur: eò quòd ab specie humana corrupta, educitur munda, & pura. Hæc Explicatio, ex prima parte colligitur: quæ, errori Eimerici repugnat. Igitur, error Articuli designatus ab Eimerico per illa verba(*ut non esset in ea*) quæ, innuunt; peccatum in humanitate Christi extitisse, sed ab ipso fuisse mundatum, ut amplius in ea non esset; non est in Textu: qui, supràexplicato modo, ait: *Humanitatem fuisse mundatam, à peccato quod non fuit umquam in ea.*

Articulus. 41. Eimerici.

QVOD per Christum principaliter est Mundus creatus de nihilo. In Lib. *De Centum Dei nominibus.*

Textus Lulli. *Iesu, propter te præcipuè Mundus conditus est de nihilo; eò quòd hoc honore dignus es. Lib. De Centum Dei nominibus.* Titt. *O Iesu.*

Respōsio. Textus non dicit quòd *per Iesum*; sed quod *propter Iesum*, Mundus fuit principaliter conditus. In quo universa dicuntur condita principaliter; & minùs præcipué, propter ceteros homines. Sic, in Textibus in fine citatis. Quorum unus, est in Arbore Apostolicali, de floribus, Titulo, *Quòd Iesus Christus sit Iudex in Die Iudicii*: Sic: *Omnia entia, creata sunt ad honorādum Deum, & Christi humanitatem.*

Articulus. 44. Eimerici.

QVOD anima Christi, est instrumentum: & Verbum, est agens: & ideo mediante anima Christi Verbum comprehendit, & non immediaté. In Lib. 3. Sent. Quæstione. 1.

Textus Lulli. *Vnde sequitur, quòd ratione differentiæ, anima Christi nō comprehendat Verbum sibi unitum. Quia si ipsum sic comprehenderet; esset conversio in differentia: intantùm, quòd differentia esset anihilata. Quod est impossibile. Sed,*

Sed, comprehensio consistit per concordantiam, & unionem; sicut Christus, ut Verbum; qui, cum anima quam assumsit; se totum comprehendit, intelligendo se totum cum suo intellectu humano, & se totum diligit cum sua humana voluntate. Anima tamen Christi, instrumētum est; & Verbum est agens. Et ideò, mediatè anima Christi Verbum comprehendit; & non immediatè. Sed; illa comprehensio, extensivè fit; & non intensivè: cum non sit proprium animæ, infinitum attingere; sed, est sibi appropriatum, per Verbum sibi unitum. Sed Verbum; se ipsum, & omnia intensivè attingit: cùm sua sit proprietas, infinitè attingere. Lib. 3. Sententiarum, Quæstione. 109.

Error Articuli Eimerici, *Quòd Verbum comprehendat mediante anima; & non immediatè*, non est in Textu Lull. Qui, non id asserit; sed, *quòd anima, ut natura, non conprehendit Verbum immediatè: sed, mediatè*; id est; non ut principium quod; sed, ut principium quo mediante, concretum, scilicet ex ipsa, & Verbo, comprehendit. Et sic, anima est instrumentum quo: id est, natura qua Verbum humanatum, seu, homo Deus, comprehendit. Et sic, non ratione differentiæ; sed ratione concordantiæ, seu unionis, qua anima, ut natura, Verbo unitur; ut sit supposito ratio operandi, & comprehendēdi extensivè, seu finitè. Nam, intensivè, seu infinitè comprehendere, competit Verbo; &, per cōmunicationem idiomatum, convenit animæ prout anima Christi est Verbum. Cōtra errorem Eimerici, pugnant verba ultima Textus Lulli, & implicitè, Textus. 22. 25. & multi alii. Respōsio.

Articulus. 46. Eimerici.

QVOD tota natura humana Iesu Christi, in Pasione, pænam habebat; & tota Divina natura pænam eius sentiebat. In Lib. 100. Proverbiorum.

Tota humana natura Iesu Christi, pænam habuit; & tota Divina, in ipso, pænam sensit. Lib. Proverb. Parte. 3. Cap. 1. Textus Lulli.

Exponitur Lulli mens, in hoc catholico sensu, indidem sumto: quo intelligit, naturam Divinam in Christo, id est, *naturam suppositatam, & humanatam, pænam sensisse*; sicut, Deus homo, sensisse dicitur. Sic enim inquit ibidem: *Deus, in homine mori voluit: &, Deus in homine pænam sustinuit; id est, Deus homo.* Quod autem, nec Deus, nec Deitas, dicatur, vel intelligatur a Lullo, pænam sensisse; patet ex Textu. 47. & 48. & ex citatis in fine. Omisso ergo per Eimericum illo Sexto Casu, *in Christo*, seu, *in ipso*; conflatur error Articuli Eimerici, qui non est in Textu Lulli. Respōsio.

Articulus. 50 Eimerici.

QVOD in Cælo Empyreali sunt animæ Sanctorum: & in illo vident Deum, & contemplantur facie ad faciem; & oculo spirituali ad oculum. Et in istis inferioribus locis, nulla anima potest videre, & contemplari Deum, sine medio, quod est species phantastica. Est ergo nobilior

locus ille superior, quàm iste inferior. Oportuit ergò quod Christus ascenderit suum corpus in altum. In Lib. de 17. Arbor. In quo videtur Lullus intelligere, quòd anima Christi usque post Ascensionem, non contemplabatur, nec contemplari potuit Divinam essentiam immediate, & facialiter.

Textus Lulli. *In Cælo Empyreo sunt animæ Sanctorũ. Ibi Deum, & contẽplantur, & vident facie ad faciem; & oculo spirituali ad oculum. Et in hac vita mortali, nulla anima videre potest, neque contemplari Deum, sine medio, videlicet sine specie phantastica. Est ergo nobilior ille locus superior, quàm locus istius vitæ mortalis. Oportuit ergo quòd Iesus Christus suum corpus ascenderit ad illas summitates: sive altitudines, in quibus est nobilior locus. Sed, hoc esse non potuit, si Iesus Christus ad Cælos non ascendisset.* In Arbore Apostol. *de Floribus. Cap. Quòd Iesus Christus ad Cælos ascendit.*

Respõsio. Error, qui est in Articulo Eimerici, per illationem; non infertur ex Textu Lulli. Quia Textus, loquens per verba de præsenti, ut loquitur; nullum incurrit errorem. At, incurreret; si diceret, quòd nulla anima in hac vita mortali potuit videre Deum. Quia, anima Christi vidit eum à primo instanti suæ creationis; ut fatetur Lullus in Lib. Sent. q. 95. & alibi. Quod etiam significat Textus. 44.

Articulus. 51. Eimerici.

QVOD Dei Filius, est bonus, ratione bonitatis Beatæ Mariæ: quæ est bona, per naturam: quia naturalẽ habet proprietatem quòd est bona in se ipsa. Intantùm, quòd non fecit peccatum mortale, nec veniale: sed habet proprietatem per se ipsam faciendi bonum. In Lib. *de Beata Maria.*

Textus Lulli. *Totum hoc bonum, facit Deus, (qui bonus est) ratione bonitatis Dñæ Nostræ. Nam, naturaliter habet proprietatẽ quòd Domina Nostra est bona per naturam. Intantùm, quòd numquam fecit peccatũ veniale, nec mortale: & numquam ex illa ortum fuit malum; nec potest oriri. Tantũ est bona, & omni bono plena. Lib, de Laudibus Virginis.* Cap. 2.

Respõsio. Errores Articuli Eimerici: *Quòd Filius Dei sit bonus ratione bonitatis Beatæ Mariæ: &, Quòd ipsa habuerit proprietatem faciendi bonum per se ipsam;* non sunt in Textu Lulli. Quia, verba illa: *Qui bonus est,* Parenthesi distinguntur ab antecedentibus, & consequentibus. Nec verba illa; *Per se ipsam faciendi bonũ;* ponuntur in Textu. Quo Lullus præterea vult quòd Beata M. sit *bona per naturam;* hoc est; *per Conceptionẽ;* & quòd *naturaliter habet proprietatem quòd sit bona:* id est; *à sua Conceptione.* Conceptio enim, Nativitas dicitur, & natura. *Omnes sumus natura Filii iræ.* Paulus. Sic, è contrà: in statu innocentiæ; si non peccasset Adam; diceremur *natura filii gratiæ,* & sic, *boni per naturam.* Sic, *bona* dicitur Beata M. quæ non contraxit peccatum. Dicitur quoque *bona per naturã,* id est; per rationẽ agendi; seu, per actionẽ: quæ, *natura* à Lullo vocatur; quatenus ex ea actus nascuntur. Quæ ratio, in Maria

Maria semper extititbona; & sic, *naturaliter*, idem est quod secundum rationem activam. Sicut, *supernaturaliter*, idem est quod super activitatem creatá, Ratione cuius bonitatis, id est, boni consensus, & concursus, Deus dicitur fecisse bonum: scilicet, hominem Christum. Contra primum errorē Eimerici, Lullus ibidem: *In Beata Maria est Bonitas; ratione cuius, Deus (qui, Bonus est) agit Bonum.* Contra eumdem militant Textus. 22. 25. & multi alii. Et contra secundum, Textus. 78. 99. & Quæstio. 96. Lib. Sententiarū.

Articulus 53. *Eimerici.*

QVOD voluntas Beatæ Mariæ, est contra Iustitiam. Quia, non dilexit Filii sui mortem: quem Deus cum justitia interemit. Et in hoc, est stultá, & inobediens, Beatæ Mariæ voluntas. In Libro Orationum.

Textus, seu Articulus iste Eimerici, apud Lullum non reperitur: nec à Lullo esse potest: ut patet ex Textu, 51. & 33, & ex dictis pro eisdem: tum etiam ex sequentibus: ut ecce: *Respōsio.*

Textus Primus: *Tu, Mater pietatis, cùm sub Cruce adesses, & aspiceres Filium tuum morientem pro Iustitia Dei Patris, genus humanum restaurantem; tunc temporis mœstissima flebas. Tui quidem fletus, erant justitia pleni; in qualibet lacrymarum aderat justitia: quoniam de fonte justitiæ procedebant: videlicet, de justo Recolere, Intelligere, & Amare, animæ tuæ. Lib.* de Laudib. Virg. cap. 3.

Textus secundus: *In ipso die Sacratissimæ Passionis Domini Iesu Christi habuit ipsa piissima Mater eius maiorem patientiam; quàm aliqua creatura possit habere; excepto Filio suo.* Ibidem. Cap. 24.

Textus Tertius: *Oportuit ipsam Matrem, super omnes Matres passionem habere, & dolorem, de Filio suo. Nec mirum. Sed hoc, cum patientia: videlicet, sine motu, & cordis perturbatione. Oportuit enim ut Filii sui pretiosissimi mors ei placeret: ut ipsa in anima sua tranquillitatem habēs, patientiæ virtutem obtineret. Vnde, nec mens cogitare, nec os annunciare valet magnitudinem patientiæ huius ineffabilis Matris; videlicet magnitudinem passionis eius, cum magnitudine tranquillitatis animi, sine perturbatione irrationali, & peccato mortali, ac veniali.* Ibidem. Alii similes Textus citantur in fine.

Articulus 59. *Eimerici.*

QVOD Deus consentit quod homo faciat peccatum veniale; ut non faciat peccatum mortale. Aliàs, magis distaret a Divina Bonitate, & Magnitudine per peccatum veniale; quàm, per mortale. Et sic, Deus non licenciaret hominem quod faceret peccatum veniale. Quod est impossibile. In Lib. Sententiarum Quæstione. 119.

Homo, existens in peccato, magis distat à Divina Bonitate, Magnitudine. &c. per peccatum mortale; quàm, per veniale. Et sic, Deus consentit quod homo faciat *Textus Lulli.*

 peccatum

peccatum veniale; ut non faciat mortale. Alioquin, magis distaret à Divina Bonitate, Magnitudine &c. *per peccatum veniale; quàm per mortale. Et sic, Deus licentiaret hominem quod faceret peccatum mortale. Quòd est impossibile.* Libro, Sententiarum, Quæstione. 121.

Respōsio. Explicatur primo, non esse erronea mens Lulli: quia intelligit Textum de peccato veniali mendacii verbalis: quod, formaliter, est illa falsitas, quá incurrit qui adimplere non vult opus illicitum, quod facere promisit alicui. Et licet ista nolitio, debita sit; & virtus esse possit, ut ait Lullus; tamen, inquit, falsitas illa superveniens verbis promissionis, est peccatum, non interius, in anima; nec culpabile: sed exterius in verbis, & inculpabile omnino. Et sic, veniale. Quod solùm ait Lullus licentiari á Deo; ne fiat mortale; & non aliter. Et sic, non est in Textu Lulli error Articuli Eimerici: *Quòd absolutè licentietur à Deo peccatum veniale:* ut significatur ultimis Articuli Eimerici verbis. Sicut enim peccatum veniale, quoad pœnam æternam tantúm, & gratiæ privationem, id est, quod neutram incurrit; dicitur communiter veniale; quamvis temporaliter sit punibile: sic á Lullo, defectus qui nec æternaliter, nec temporaliter est punibilis; vocatur peccatum veniale.

Objectio. Dices: Ergo à Lullo peccatum leviter culpabile, vocatur mortale. Respōdeo

Salutio. quod non: sed, vocatur peccatum leviter culpabile, & veniale, quoad privationem gratiæ, & pænam æternam. Nam, veniale intelligit esse omnino, id quod fit cum venia, & licentia, aut nulla incursa pæna. Quod autem aliqua incursa pæna perpetratur; quoad hanc, veniale non dicitur á Lullo: id est, factum cum venia ac licentia. Nam, culpam involvit: quæ, á Deo nulli licentiatur. Et, dato quod universaliter peccatum culpabile, à Lullo mortale dicitur: sed non intelligit ipse, quod, leviter culpabile, dicatur mortale. Sicut venenum, mortale dicitur: sed, parvum venenum, non vocatur mortale. Vel, mortale dicitur, seu sub mortali intelligitùr á Lullo; prout cum vita gloriæ est incompatibile: & non cum vita gratiæ.

Articulus. 60. Eimerici.

QVOD Deus peccatorem juvare non potest; dum suum intelligibile, & amabile, sunt infirma. Et hoc, quia participare non potest per suam Bonitatem, & Virtutem, cum malitia: neque Deus contra Iustitiam agere potest. Lib. Sententiarū, Quæst. 47.

Textus Lulli. *Peccator, non potest se justum facere cum suo infirmo Intelligibili, & Amabili; nisi gratia Dei superveniat;* &, *quòd Deus sit coadjutor. Quoniam, nemo bonum facere potest, sine adjutorio Dei. Neque Deus peccatorem juvare potest, dum suum Intelligibile, & Amabile, sunt voluntariè infirma. Et hoc est, quia Deus participare non potest per suam Bonitatem, & Virtutem, cum malitia, & vitio. Neque Deus contra Iustitiam suam agere potest.* Libro Sententiarum, Quæstione. 49.

Error

Error in Articulo productus ab Eimerico, illo Adverbio, *voluntariè*, non est in Textu Lulli: In quo, per illud Adverbium, significatur renitētia peccatoris ad justificationē; qua renitentia, ut existente, iuvari ad actum cōtritionis, seu dispositionis ad gratiam, non potest homo: cùm gratia adjuvans, sit ipsemet actus voluntarius hominis, ut à Deo procedens. Si enim Deus talem peccatorem, ut sic, juvaret; seu justificaret; participaret cum malitia, vitio, & injustitia; quatenus ageret contra Bonitatem, Virtutem, & Iustitiā sui Decreti. Item, hoc Dei *non posse*, accipitur à Lullo, pro potestatis actu secundo in Dei Decreto. Quod autem á Deo dictus peccator possit vocari, non negat Lullus; immo id affirmat, dum inquit: *Quòd potest pœnitere. Quia* (in quit) *ad pœnitendum liber est homo peccator.* Forte etiam Transumtor posuit, *juvare*, pro *justificare.* Respōsio.

Articulus. 63. Eimerici.

QVOD homo non debet reclamare Deum; si non diligit eum. Et quòd ille facit magnam malignitatem, qui orat Deum sine charitate. In Lib. 1000. Proverb.

Quia Deus est virtus; non exaudit homines sine virtutibus: quomodò Deus illum exaudiet, qui ipsum nō diligit? Lib. Prov. Prima Parte. Cap. 42. Textus Lulli.

Ille facit magnam malignitatem, qui irato corde Deum rogat, sine pietate, & charitate. Lib. de Centum Dei nom. nomine, *O Rogate.*

Error Articuli Eimerici, *Quòd homo non teneatur reclamare Deum, si non diligit eum*, non est in Textu Lulli. Nam, licet non sit exaudibilis, qui non diligit Deum, saltem dilectione morali, quæ sufficiat ad ordinandum ad Dei honorem id quod petit; tamen, si non sic diligit Deum; & occurrat obligatio Deum reclamandi; tenetur reclamare eum; & sic eum diligere: ut sic, exaudibilis fiat. Et, qui corde irato, sine charitate, & pietate, rogat Deum; magnam facit malignitatem, quatenus sibi nolenti dimittere proximo, dimitti à Deo rogat, sic: *Dimitte nobis debita nostra: sicut, & nos dimittimus debitoribus nostris.* Ibidem addit Lullus: *Deus, contra suum honorem non exaudit; nec exaudit nisi de hoc, quod est propter suum finem.* Sed, ut intelligas, non solùm justum, sed etiam peccatorem exaudiri, si rectè petat; addit statim: *Deus, cum justitia bonos homines exaudit: & in pietate consistit exauditio peccatoris.* Respōsio.

Articulus. 64. Eimerici.

QVOD in faciendo bonum, non oportet nos sperare quod Deus incipiat. Quia jam incepit, quando nos creavit; & pro conservatione nostra, Mundum nobis dedit, ut ei serviamus, & eum honoremus. In Lib. Orationum, & in Lib. de Philosophia Amoris.

Articulus. 64. Eimerici.

Textus Lulli. DOMINE, & domicelli Amoris (dixit Amicus) manifestum est quòd Amatus, omni tempore vult honorem habere in Mundo: & vult salvationem hominum: & non, damnationem eorum. Et ideò nemo debet dicere, neque cogitare, quòd non velit honorem, neque salvationem hominū. Quapropter, defectus, sive culpa, Amato imputari non debet; sed, hominibus qui ipsum honorare nolunt. Et vos superius mihi dixistis, quòd nō oportet, ut ego rogem, vos esse in amore meo: immo vos rogatis me, ut ego ponam vos in amore meo. Et ita est de Deo. Non est expectandum quòd ille incipiat. Quoniam, jam incepit; in quantum homines creavit; & eis Mundum dedit, ut ipsum honoratum teneant in suo corde, & in Mundo. Incipiamus ergo Amatum honorare. Eamus per Mundum, huc, illuc, ad honorandum ipsum. Lib. de Philosophia. moris Cap. 89.

Respōsio. Primò, explicatur Textus non esse erroneus: quia per illa verba; *ut eum honoratum teneant in suo corde, & Mundo*; gratia significatur excitans, præsens, & quidquid ad hunc finem prærequiritur. Nam, seclusa gratia excitāte, homo non dicitur creatus; nec ei datus, ad dictum finem: sed, ad eum ad quem Esse naturale hominis, & Mundi, sufficit. Et licet, gratia excitāte præterita, dicatur homo creatus ad hoc, ut Deum honoraret: tamen sine præsenti, non dicitur creatus ad hoc, ut Deum honoret, seu, honoratum teneat. Involvitur ergo ista gratia in prædictis Textus verbis: immo, in omnibus illis quibus dicitur, *Deum velle honorari à nobis*: & expresśiùs in illis verbis: *Sic est de Deo*. Hoc est; Sic nos Deus rogat, & excitat, ut ipsum, seu Dominas Amoris, id est Magnitudinem, Bonitatē &c. in nostro ponamus amore. Error ergo Articuli Eimerici, existens in illo Adverbio, *quando*, quod gratiam præteritam significat; non est in Textu Lulli: qui per illud Adverbiùm, *inquantum* gratiam præsentem designat. Nam, *Quando nos creavit*, idem est quod, *Quando fuimus creati*. At, *Inquantum nos creavit ut* &c. idem est quod, *Inquantum sumus creati ut* &c. Necesśitatem gratiæ existentis, & adjuvantis fatetur Lullus Textu. 60. & Text. cit. pro 62. & aliis, in fine citandis.

Articulus 71. Eimerici.

QVOD homo peccat; & est Deo inobediens; si non facit bonū, quod quidem potest facere: licèt illud bonum facere, non sit ei mandatum. In Lib. de Contempl.

Textus Lulli. *Benedictus sis, Domine Deus. Nam, sicut homo peccaret; & inobediens esset; nisi faceret bonum quod facere potest; quamvis tale bonum non sit ei præceptum sensualiter; ita* &c. Lib. Contempl. Cap. 255.

Respōsio. Error Articuli Eimerici, *Quòd homo teneatur ad bonum nullo modo præceptum*, non est in Textu Lulli. Quia, licet homo non teneatur ad maius bonum; hoc est; ad bonum ultra præceptum; tamen tenetur ad bonum quod potest. Quia hoc, vel sensibiliter, vel intelligibiter est præceptum: cùm

oppositum eius, sit malum. Et sic, teneri ad faciendum bonum, est, teneri ad fugiendum malum. Sed, cum hoc stat, hominem non teneri ad maius bonum; seu, ad illud quod est ultra bonum sibi præceptum. Loquitur ergo Lullus, de bono, ut distinguitur à supradicto maiori bono.

Articulus. 74. Eimerici.

QVOD, qui non facit totum posse suum ad convertendos infideles omnes; errat; & debet timere Deum; & est sine charitate. In Lib. Contemplationum.

Quanta est potestas, & Christianorum scientia; tantùm eorum voluntas tenetur velle finalem causam, propter quam data est eis summa potestas, & scientia: quibus efficere possunt, ut totus Mundus Christianus sit. Libro Contemplat. Cap. 308. Textus Lulli.

Error Articuli Eimerici, *Quòd quilibet, qui non facit quod potest ad convertendos infideles, peccet mortaliter; seu, exìstat sine charitate*, non est in Textu Lulli. Qui, de illis tantùm loquitur, quibus ex officio incumbit conversio Infideliū. Ipsi enim sunt, qui, simul sumti, potestatē, & sapientiā sufficiētem habent; &, qui tenentur velle, &c. De Præcepto hoc, tractat prudenter Lullus ibidem, Cap. 346. & in multis aliis. Respōsio.

Articulus. 76. Eimerici.

QVOD Deus habet populo suo tantam charitatem, quòd quasi omnes homines Mundi erunt salvati. Quia, si plures essent damnati, quàm salvati; misericordia Christi esset sine magna charitate. In Lib. de Planctu Raimundi.

O Raimunde, quoniam vellem te consolatum abire; & liberum omni mærore; audi quæ dicam. Fert Deus, Mundum peccatis pollui; ut ipse indulgentior esse possit. Nam, quantò magis parcit: maiorem pietatem ostendit; magisq; sibi homines devincit. Vnde, pro certo habeto, tantam esse Dei erga homines charitatem; ut ferè omnes sint salvandi. Nam, nisi plures sint salvati, quàm damnati: esset pietas eius sine magnitudine charitatis. Quare, in misericordia Divina consolare. O, Eremita; nihil agis. Et pluris facis magnam Pietatem; quàm magnam Iustitiam. Ideò graviter erras. Nam, in Deo, judicare, & parcere, æqualia sunt secundum rectitudinem eius virtutum; quarum nulla est compatibilis cum diminutione Iustitiæ. Lib. de Planctu Raimundi. §. Textus Lulli.

Error Articuli Eimerici, non habetur in Textu Lulli. Quia, prima pars Textus, adducitur tāquam argumētum in oppositum. Et statim, per secundam partem solvitur, ac refutatur: & arguens reprehenditur. Additurque, *parcere*, & *judicare, esse in Deo æqualia; iuxta rectitudinem Dei virtutum; & sine diminutione Iustitiæ*: quæ, postulat; omnem decedentem sine gratia, Respōsio.

Z damnari:

damnari. Sicut misericordia éxposcit, omnem, qui sine peccato decedit; salvari. Quæ, ut sic, sunt æquales. Prædicto errori Eimerici repugnant Textus. 61. 81. 99. & expressè alii, citandi in fine.

Articulus. 82. *Eimerici.*

QVOD, si Deus dat homini de bonis huius Mundi; nec propter hoc, quia dat sibi, & multiplicat bona, homo debet eum diligere. Quia, tantum debet eum diligere; quòd plus non possit eum diligere. In Lib. de Arte Amativa.

Textus Lulli. *Non enim, si multiplicet Amico munera sua Amatus; debet ipsum magis amare Amicus. Quoniam, quantò plus potest, debet eum amare; ita quòd non possit ulterius.* Lib. de Arte Amativa. fol. 62.

Respōsio. Error Articuli Eimerici, *Quòd homo universaliter, & sic, quilibet homo, non debeat, ratione donorum quæ accipit à Deo; ipsum diligere*; non est in Textu Lulli. Qui, non loquitur de quolibet homine; sed tantùm, de justo, qui est Dei amicus; qui, cùm diligat Deum super omnia; non potest eum magis diligere secundùm amoris speciem quæ maior esse nequit. Licèt magis secūdum intentionem possit: & secūdum repetitionem amoris. Quod, Lullus non negat. Quia, quando Adverbia, *magis*, & *minùs*, & alia similia, expressé non referuntur, nec subintelliguntur referri ad intensionem, vel extensionem amoris; censentur referri ad eius speciem. Sic ad eam in hoc Textu censentur referri à Lullo: qui, alibi, amorem Iusti intendi posse fatetur. Et in Textu, 65. 66. 67. 68. 69. 70. Et expressius in aliis citādis in fine. Peccator autem, etiam ratione donorum, tenetur Deum diligere; & plus, quám diligat: cum plus possit, etiam secundum speciem.

Articulus. 84. *Eimerici.*

QVOD tantum desiderat, & amat Amicus (hoc est, homo justus) Bonitatem, magnitudinem, & æternitatem sui Amati (hoc est, Dei) quòd, propter amorem se concordant, Bonitas, magnitudo, & æternitas in Esse essentiam, & naturam unam, & eamdem numero in Amico, & Amato. In Lib. de Arte Amativa.

Textus Lulli. *Tantùm amabat, & desiderabat Amicus Bonitatem, magnitudinem, & æternitatem sui Amati; quòd amabantur Bonitas, magnitudo, & æternitas, esse una essentia, & natura, & una met res numero, in Amico, & Amato.* In Arte Amativa, Quæstione. 20. pn̄li.

Respōsio. Error huius Articuli Eimerici, prout explicat Amicū secūdo loco Textus, esse hominem; non est in Textu Lulli. Quia, etsi Amicus, qui considerabat; sit homo justus; & eius Amatus, sit Deus: tamen Amicus, & Amatus, in

quibus

quibus Bonitas, & magnitudo amabãtur esse una essentia; sunt Deus Pater, & Deus Filius. Quod satis ex eodem Textu patet. Tum, ex aliis eiusdem Libri locis: præcipuè, ex relatis pro Textu primo: & ex aliis ibidem dictis: & in fine citandis. Tum ex. 85. cui iste est in loco citato conjunctus: tum, ex 87.

Articulus. 85. *Eimerici.*

QVOD Amicus, & Amatus (scilicet homo justus, & Deus) sunt una indistincta, & inconfusa essentia, & natura in Bonitate, magnitudine, & æternitate. In Lib. de Arte Amativa.

Considerabat Amicus Vnitatem Bonitatis, magnitudinis, & æternitatis; ita quòd sit unamet res numero, una essentia, & natura; & unamet essentia, & natura sint in Amico, & Amato. Hæc tam magna Vnitas (inquit Amicus) est in meo Amato, si Deus est. Illam enim, nullum est Ens, quod habere possit; nisi infinitum sit unitate Bonitatis &c. In Arte Amativa Quæst. 1. pnli. Textus. Lulli.

Error Articuli Eimerici, non est in Textu. 85. Lulli; sicut nec in 84. Quia Amicus considerans, est homo justus: Amicus autem, & Amatus in quibus una essentia dicitur esse; sunt personæ Divinæ: ut satis ex eodem Textu patet: & ex citandis in fine: tum, ex dictis pro Textu primo. *Respõsio.*

Articulus 86. *Eimerici.*

QVOD, si Amicus (id est, homo justus) non fuisset ipsa substantia sui Amati (hoc est, Dei) & Amatus non fuisset ipsa sustantia sui Amici: jam eorum gloria non fuisset in magna concordantia amoris. In Lib. de Arte Amat.

Suppono, Articulum reperiri apud Lullum; demta explicatione, quam addit Eimericus: quæ falsa est; ut suprà satis patet. Nam, *Amicus, & Amatus*, in ipso, sunt Personæ Divinæ. *Respõsio.*

Articulus. 87. *Eimerici.*

QVOD Amicus, & Amatus (hoc est, homo justus, & Deus) in quibus non est parvus amor, sed magnus; possunt esse, & sunt unamet essentia, & natura Divina, indistincta, & indivisibilis, sine ulla cõtrarietate, & diversitate essentiæ. In Lib. de Arte Amativa. Hæc verba replicat Lullus frequenter in substantia, & effectu: *Quòd Amicus, & Amatus* (per quos, intelligit hominem diligentem Deum, & Deum dilectum) *sunt una essentia in numero; una natura, substantia una, actualitas una, æternitas una, magnitudo sine contrarietate, & diversitate essentiæ, indivisibilis, & indistincta.* In Lib. de Arte Amativa.

Textus Lulli. *Sicut per te, Minoritas, sunt Amicus, & Amatus (in quibus tu es) prope non esse: ita convenit, ut ille Amicus, & Amatus, in quibus non es; longè sint à non esse; & tam proximi fiant ad esse; ut sint idem ipsum esse. Et propterea convenit, ut Amicus, & Amatus, in quibus tu non es; esse possint.* In Arte Amativa, Quæstione. 18. pñli.

Respōsio. Error Articuli Eimerici, toties Lullo adscriptus; non est in Textu Lulli: ut ex eodem satis patet; & ampliùs ex supradictis pro. 1. 84. 85. 86. Amicus, enim, & Amatus, in quibus est Minoritas; sunt homines, se invicem charitate diligentes. At Amicus, & Amatus, in quibus non est Minoritas; sunt personæ Divinæ: ut explicatur in Prologo eiusdem Libri.

Articulus. 88. *Eimerici.*

QVOD de Patre, Filio, & Spiritu Sancto, sic est, quòd quilibet stat tam completus, sicut alius. Et stant omnes tres, unus Deus, non distincti in aliquo. Et, qui sic potest levare suum orare; & potest tam longo tempore stare sine imaginatione de ulla re temporali: nulla oratio tantùm valet. Quia, stabit homo totus raptus superiùs per Spiritum Sanctum, non curans de re quæ sit hic. Et suum orare, erit sic verum, quòd homo non possit addere in contemplando, nec desiderando. In Lib. de contritione, confess. satisfact. & oratione.

Textus Lulli. *Pater Divinus, Filius, & Spiritus Sanctus, sic est, quod quilibet eorum stat tam completus, sicut alius, & stant omnes tres unus Deus, non partitus in tres. Et, qui sic potest levare suum orare, & potest stare longo tempore in contemplatione, & sine imaginatione de re ulla temporali, nulla alia oratio tantùm valet. Nam, stabit homo raptus superius per Spiritum Sanctum, non curans de re existente hic inferiùs. Et suum orare erit sic verum; quòd maius non poterit esse in contemplãdo, & desiderando.* Lib. de oratione &c. *de modo orationis.*

Respōsio. Error primæ partis Articuli Eimerici, non est in Textu Lulli. Qui tantum dicit; *quòd Deus non est partitus.* Quod, non est error. Secunda pars Textus explicabitur in Textu. 80. ut infra, in Secunda Parte, in Responsione ad Articulum. 80.

Articulus. 89. *Eimerici.*

QVOD Infanti, qui non vult assentire Sacramento Confirmationis, non valet Sacramentum Baptismi. In Lib. Contemplat.

Textus Lulli. *Si puer nõ vult consentire Cõfirmationi; valet sibi aliquid Sacramentũ Baptismi? Solutio. In destructione formæ, est materia destructa.* In Arbore, Quæstione de foliis Arboris Apostolic. Cap. de Confirmatione. Nam in Contemplat. nihil horum reperitur.

Respōsio. Error Articuli Eimerici, quatenus negat, dicto puero valere Sacramentum Baptismi quoad characterem, non est in Textu Lulli. In quo solum negatur, ei valere, quoad virtutes in Baptismo acceptas, conservabiles per Sacramen-

Sacramentum Confirmationis, ac per consensum proprium Baptizati, adhibendum suo tempore. Quas amittit nolens consentire quando tenetur. Tunc enim præsumitur peccare contra Fidem. Et sic, ipsam, & alias perdere; non autem characterem. Quod, per Solutionem significatur. Quia destructa forma, id est, ratione conservativa (quæ, est proprius consensus) destruitur materia: id est, conservabilis virtus per illum consensum. Pasivũ enim, solet dici materia: & activum, forma. Character autem, cùm non sit conservabilis per consensum: non censetur dici materia; nec destrui. Vnde, loquitur Textus de puero qui jam pervenit ad usum rationis; & non vult Confirmationem recipere; aut, jam acceptam, approbare. ¶ Quod Baptismus, quando parvulis confertur, & pariter Confirmatio, eis conferant suum effectum; fatetur Lullus ibidem; & alibi sæpe; ut citabitur in fine. Vel intelligitur, quòd destructa forma, id est, prædicto consensu non habito; destruitur materia; id est, gratia, quæ erat prædicto consensu adhibito, conservanda.

Articulus. 90. Eimerici.

QVOD, si homo non est, confirmatus; & credit esse cofirmatus; est á peccato Originali mundatus, ratione bonæ intentionis, quæ consumit culpam, & peccatum. In Libr. Contempl. & in Libro Proverb. Vbi Lullus dat intelligere, quòd peccatum Originale non mundatur in Baptismate: sed, in Confirmatione. Præsertim quia addit, quod Sacramentum Confirmationis est inventum, ad hoc ut infantes per se promittant, quod eorum patrini pro eis in Baptismate promiserunt: & tunc patrini á promisione quam fecerunt, sunt totaliter liberati. In Libris prædictis, & in Lib. *de doctrina puerili.*

Si homo confirmatus non est, & credit quòd sit confirmatus; & moritur antequam sit confirmatus; est mundatus à peccato Originali? Solutio: Bona intentio, culpam, & peccatum consumit. In Arbore. Quæstio. de foliis Arboris Apostol. Cap. de Confirmatione. Textus Lulli.

Hoc Sacramentum Confirmationis, est institutum ad hoc, ut infantes, cùm pervenerint ad usum rationis, promittant hoc, quod pro eis promiserunt patrini in Baptismo, quando infantes rationis usus non erant capaces, quo possent consentire Sacramento Baptismi. Dilecte fili, quando tu suscipis Sacramentum Confirmationis; tunc exeunt à promissione patrini, qui te fontibus Baptismalibus obtulerunt. Lib. de doctrina puerili. Cap. de Sacramento Confirmationis.

Error Articuli Eimerici, non est in Textu Lulli. Quia non affirmat, quòd talis homo sit mundatus à peccato Originali per bonam intentionem: sed, quód ab eo mundatus per Baptismũ, iterum mundatur per dictam bonam intentioné. Nam, in prima parte intelligit Lullus, idem esse consumi, quod iterum sumi, seu, iterum destrui. Sicut, *confirmari*, est, iterum firmari. Et ita, peccatum Originale in Baptismo, sumi ac destrui; &, in Confirmatione consumi; seu, iterum destrui. Vnde in Libr. Prov. Parte. 3. Cap. 20. sic ait: Respõsio.

Qui confirmatus est; bis mundatus est. Et, qui confirmat; iterum firmat. Atque ita Solutio concedit, hominem dictum in Baptismo, ab Originali peccato fuisse mundatum; & iterum mundari per Confirmationem, seu, per bonam intentionem: hoc est, per propositum formale, seu virtuale, suscipiendi Confirmationem; quando ipsa non suscepta; existimatur suscepta. *Mundari iterum*, dicitur, non quod iterum sordescat peccato Originali: sed, quod mundationem factam sine proprio consensu; posteà per ipsum approbet. Sic subtiliter ait in eodem Libro Lullus, Quæstiones, ac solutiones se proponere: ut discurrendi occasio utilis Intellectui detur. Quòd in Baptismate mundetur homo ab Originali; dixit suprà Lullus; & multoties, locis citandis in fine. Et non dicit, quod indispensabiliter sit Sacramentum Confirmationis conferendum post usum rationis; sed, dispensabiliter; sic quòd possit conferri ante rationis usum. Et quòd tunc sit validum; ex eodem Textu patet. Nam, homo, de quo Textus loquitur; dicitur esse bona fide; quatenus existimat se ante rationis usum fuisse confirmatum. Dicit tamen, quod, quando Baptizatus approbat per proprium consensum id quod sine ipso fuit in Baptismate factum: tunc patrini exeunt à promissione quam pro eo fecerunt: quatenus jam, an sit fidelis homo Baptizatus; ab eius consensu, & promissione est petendum; & non, á promissione Patrinorum.

Articulus. 91. Eimerici.

QVOD quilibet est obligatus, ut sit in ordine Matrimonii, vel Religionis. Quia omnis alius status discordat cum finali intentione, propter quam quilibet est creatus. In Lib. de doctr. puerili.

Textus Lulli. *Debes, fili, in Matrimonii, vel Religionis ordine esse. Nam, omnis alius status, à finali intentione, ad quam conditus es, recedit.* Lib. de doctrina puerili, Cap. 35. de Matrimonio.

Respōsio. Error Articuli Eimerici, non est in Textu Lulli. Qui, non loquitur de quolibet homine; sed, de conjugato tantùm: qualis erat Lulli filius. Vel, talis supponitur, cum quo loquitur Lullus: & consequenter, de quovis alio conjugato: qui, debet esse in ordine Matrimonii: id est, in cohabitatione cum sua conjuge: vel in ordinatione Religionis: id est, in statu vacandi virtutibus Religionis: ut solet fieri ex amborum consensu. Nam alius status, illicitus coniugato est: nisi causa excusetur. Quòd Lullus, statum viduarum, & aliarum continentium approbet; patet Textibus in fine citādis: & ipse, in statu continentium permansit, á morte suæ conjugis.

Articulus 94. Eimerici.

QVOD, sicut Pater non addit aliquid Filio, generando in æternitate; ita, & Sacerdos non addit aliquid Christo, uniendo ei substantiam quam panis & eius accidentia dimittunt. In Lib. 100. Proverbio. Vbi supponit, quòd uniat.

Sicut

Sicut Pater non addit aliquid Filio, generando ipsum æternaliter, & infinitè; ita Presbyter non addit aliquid Iesu Christo, uniendo ei substantiam panis, dimissis accidentibus. Lib. Proverb. Parte 3. c. 21. Textus Lulli.

Explicatus est Textus iste, simul cum aliis de Eucharistia notatis suprá, Sectione. 2. Parte. 4. pagina. 42. Propositione prima, Textu. 2. in Enodatione eiusdem Textus. Respōsio.

Articulus. 95. *Eimerici.*

QVOD, sicut Dei Filius non accipit additamentũ per *Esse hominem*: ita Sacerdos facit, quòd sanguis quē accepit Christus de Domina Nostra; non accipit additamentum propter additionem quam facit cum sanguine calicis. In Lib. 100. Proverb. Vbi supponit, quôd sanguis, quem Christus accepit de Domina Nostra; & qui est in Calice; sunt duo sanguines distincti; pòst, uniti.

Sicut additionem non accepit Filius; cùm factus est homo: ita sanguis, quem Iesus Christus à Matre sumsit; non accipit additionem per unionem sanguinis Calicis. Lib. Proverb. Parte 3. Cap. 21. Textus Lulli.

Non satis candide Eimerici verbis, Lulli mens explicatur. Quia Lullus intelligit, quod per unionem sanguinis Calicis, id est, sanguinis, & Calicis (Arbitror enim, à Transumtore, vel à Typographo, prætermissam fuisse coniunctionem illam, *Et*,) non fit additio Christi Sanguini: sicut Filio non fit additio per unionem Filii, & humanitatis. Quo loquendi modo non significatur, duos esse Filios. Sic, nec duos esse sanguines. Addo; verba Articuli Eimerici, (*Cum Sanguine Calicis*) quamvis essent in Textu Originali; in Articulo tamen Eimerici esse transposita; & ita esse legenda: *Calicis cum Sanguine*. Quomodo autem Calix, id est, potus, dicatur uniri cum Sanguine, sine additione; vide Enodationem citatam pro Articulo, seu Textu. 94. Contradictio ergo, & error, Articuli. 95. Eimerici, non reperiuntur in Textu Lulli. Si enim Textus negat fieri additionē Sanguini Christi: quomodô potest affirmare, Sãguinem alium uniri, seu addi? Immô prorsus hoc negat: cùm, additionem negat. Rursus, id negat cùm subiungit: *Presbyter, potestate Dei facit, ut Sãguis, qui est in Calice; sit in Carne quæ est in hostia.* Et apertius, in Arbore Apostol. Cap. de Eucharistia: *Sic Christus, qui est homo Deus; remanet sine cremento, & diminutione sui ipsius in Sacramento: qui, non crescit per transmutationem panis in Carnem Christi; & vini, in Sãguinem Christi.* Et in Lectura super Artem Inventivam veritatis, Cap. de Sacramento, sic: *Presbyter principiat de pane Christum, Christum jam principiatum; &, de vino, Sanguinem, Sanguinem jam principiatum.* Itaq; cōtradictio, & error Articuli Eimerici, Textui & Lullo ipsi fallè imponuntur: ut patet. Respōsio.

Articulus. 98. *Eimerici.*

QVOD ille qui cognoscit per fidem ea quæ sunt fidei; potest decipi. Sed, ille qui cognoscit per rationem; non potest falli. Nam fides potest errare, & non errare. Et, si homo errat per fidem; non habet

tantam culpam; acsi erraret per rationem. Et, sicut verius cognoscimus ea quæ palpamus: ita veriùs sumus dispositi ad cognoscendum veritatem per rationem; quàm per fidem. Sed, sicut palpando, aliquando invenimus veritatem; ita etiam, quandoque per fidem cognoscimus veritatem. Sicut cæci, qui aliquãdo inveniunt quæ volunt; aliquãdo, nõ. In Lib. de Contẽpl.

Textus Lulli. *Intelligere quod est per Fidem; potest falli; credente anima intelligere hoc quod non intelligit. At, intelligere quod est per rationem necessariam; non potest falli. Siquidem fides potest evadere vera; & potest errare. Quod si erret; non est in tanta culpa; sicut ratio. Et, si rem attingat; maius habet meritũ, quàm ratio. Atq; hoc ita est: quia Intellectus, dum sequitur vestigia Fidei; naturæ suæ fines egreditur; & inclinat ad voluntatem sequendam. Cùm autem rationis tramite ducitur; utitur natura sua; & imperat voluntati. Et quia homo (Domine) reperit citiùs, ac veriùs res, dum eas quærit visu; quàm ubi quærit eas tactu: propterea promtior est ratio ad inveniendum veritatem in memoria; quia quærit in ea per Intellectum; quàm sit ipsa fides; quæ, non nisi per voluntatem inquirit. Sed, sicut homo verè invenit aliquando, tangendo, & palpando; sic contingit interdum, quòd per Fidem inveniat homo veritatem in memoria. Vnde, cùm memoria (Domine) sit arca, & horreum, ubi res inveniuntur, quas homo requirit ibi per Fidem, & per rationem: idcirco homines qui quærunt in ea per fidem; aliquando reperiunt id quod est in ea. Sicut homo cæcus; qui invenit quod in camera situm est. Aliquando verò per Fidem in ea quærunt quod ibi non est. Sicut homo cæcus; qui credit invenire in cubiculo, quod in eo non est. Cùm enim ibi non sit; & id ipse requirat; invenit in cubiculo aliquid, quod non est id quod quærit; & credit per Fidem esse rem illam, quam inquirebat: ac proinde fallitur in sua opinione ac Fide.* In Lib. 4. Contemplat. Cap. 244.

Respõsio. Error Articuli Eimerici, designatus per illa verba (*ea quæ sunt Fidei*) quæ, Mysteria revelata significant; non est in Textu Lulli: in quo prædicta verba non habentur. Quibus remotis, non videtur erroneus Textus. Quia loquitur de fide indifferenti, ad humanam, & Divinam. Quæ, prout cõtrahibilis ad humanam, errare potest: non autem, prout contrahibilis ad Divinam. Quia, contracta ad humanam, si quis erret; minorem habet culpam; quàm si erraret per rationem; ipsam negligendo; aut, ipsa abutendo; aut, ei contradicendo. Quòd fides, sit ad humanam, & Divinam indifferens; per se patet. Quòd, ut sic indifferens, accipiatur in Textu; ex eodem etiam patet: & ex alibi dictis à Lullo. Quòd Fides Divina non possit errare; patet ex Textibus citandis in fine.

Articulus. 100. *Eimerici.*

QVOD Deus contulit ipsi Raimundo Lullo istam Artem, & Doctrinam Generalem, in quodam monte. Qui, sibi apparuit Crucifixus; & cõtulit eã sibi, pro huius seculi tenebris illustrãdis. Quæ, est Generalis ad omnem Sciẽtiam Naturalem, Medicinam, & ad

& ad Iura; & valet specialiter ad destruendos errores. In Prologo super Lib. Sententiarum, & in Libro de Planctu Raimundi.

Respondet Raimundus: Cogito de quadam Arte Generali; quam mihi Deus, in quodam monte ostendit: cum qua libenter, ad honorem Dei, & vestram pacem, tentabo vestras solvere Quæstiones. Cum Dei auxilio, per Artem istam, veritatem de Conclusionibus inquirere cupio supradictis. Illa, quæ in hoc Libro dicere propono; volo, quòd sic intelligantur in omnibus, salva veritate, & reverentia, & honore Ecclesiæ Romanæ. Cuius correctioni, hæc, & omnia alia mea dicta submitto. In Prologo Lib. Sententiarum. Textus Lulli.

Iesus Christus, propter suam pietatem maximam, voluit Crucifixus mihi quinquies apparere; ut eius essem memor: & ut procurarem, illum in Orbe toto cognosci; & Trinitatem, & Incarnationem prædicari. Propterea dico tibi, Eremita, adferre me Artem Generalem, dono Spirituali datam; qua, scire potest homo omnia entia naturalia; prout Intellectus per sensus capere potest; accommodatam ad Iura scienda; & ad discendam Medicinam; & omnes Scientias; immo, & Theologiam ipsam: quam, omnibus Scientiis antepono. Nulla Ars est, quæ ad solvendas Quæstiones, & ad errores extirpandos naturali ratione, tantùm valeat. Libro de Planctu Raimundi. §. 2. & 6.

Articulo centesimo, iterum Lullo imponuntur sic universaliter omnes supradicti errores, & multò plures; & ampliùs, quod asserat ipsos sibi á Deo fuisse revelatos: simul, & omnes Libros quos edidit. Hæc omnia significantur per illud nomen: *Istam Doctrinam*; ut ipsemet Eimericus, & alii exprimunt. Sed Lullus, nec libros, nec errores prædictos, nec quicquam, præter Artem Generalem; quæ, paucis constat Regulis ac principiis, & quæ per 40. Doctores approbata fuit Parisiis; se à Deo accepisse affirmat: ut patet ex Textu, & ex quolibet Lulli Libro. Nam, quemlibet correctioni submittit; & corrigi exorat, si in errorem aliquem incidisse reperiatur. Quod Lulli Ars, Dei auxilio (ut dicit) valeat ad destruẽdos errores, & ad convertendos Infideles, non possum ego negare, qui diligenter, & attentè ipsam legi; & perlegi: nec quisquam, qui sic faciat, fortè negabit. Nec Lullus ait, se, à Christo, cum sibi apparuit, hanc Artem accepisse: sed, dono spirituali, aut à datore spirituali, ipsam habere. Quomodò autem, & quando, non exprimit. *Responsio.*

Secuuda Pars, de ceteris Eimerici Articulis, cum Lulli Textibus, eidē ab Eimerico adſcriptis ibidem, tamquam erroneis.

Articulus. 2. *Eimerici*.



VOD, in Divinis, eſſentia nō eſt ocioſa; ſed eſſentiat; & natura, naturaliſicat; Bonitas, bonificat: æternitas, æternificat. In Lib. de Centum Dei Nom. & in Lib. Sententiarum, Quæſtio. 2.

Textus Lulli. *Tu, eſſentia, ſine ocio es Bonitatis, infinitatis, æternitatis, eſſentiantis, & eſſentiati, & eſſentiare. Si tu, eſſentia, ſine eſſentiare eſſes; bona, & magna eſſes in amare; ſed non bona, & magna, in ſubſtantiare.* Lib. de Centum Dei Nominib. nom. *O eſſentia.*

Et quia Deitas eſt idem cùm ſua natura; quælibet ratio ſuum actum requirit determinatum. Sicut Bonitas, quæ naturaliter ſuum requirit bonificare; & magnitudo, ſuum magnificare &c. Lib. Sententiarum, Quæſt. 2.

Reſpōſto. Explicatur non eſſe erronea Lulli mens: quia, nec vult quòd eſſentia, magnitudo, infinitas, &c. producāt; nec quòd faciant:; nec quod immediatè concurrant ad producendum; ſicut concurrunt intellectus, & voluntas: ſed, quod ſint rationes producendi, mediante Intellectu, vel voluntate, ſuppoſitum eſſentiæ, Bonitatis &c. Patet primum, ex eodem Textu, quatenus in ipſo quælibet eſſentialis formalitas dicitur ratio, ſcilicet producendi. Et ſic, rationē eſſe ſufficit ad verificandam Textus mentē. Quod autem non ſint rationes faciendi, ſed producēdi, conſtat expreſſe ex Textu ſexto. Quod ſolus Intellectus, & ſola voluntas, ſint rationes proximæ, ſeu immediatæ; exprimitur Textu 4. & clariùs, in Lib. Sentētiarum, Quæſt. 4. Sic: *Generatio, eſt per influxum Intellectus, & non per refluxum. Spiratio autem eſt per influxū, & refluxum amoris. Et ad hoc, omnes dignitates communiter concurrunt. Communiter*, inquit, id eſt, indifferenter, videlicet mediante Intellectu ad generationem; & mediante voluntate, ad ſpirationem. Et hoc, ab omnibus teneri, docet P. Franciſcus Soarez, Tomo. 1. Summæ Theolog. de Deo Trino, & Vno. Quòd, *bonificare*, ſit producere bonum; & non Bonitatem; & *eſſentiare*, ſit producere concretum eſſentiæ, & non eſſentiam; & ſic de ceteris, conſtat ex Textu 6. 7. & 12.

Objectio. Salutio. Dices: Apud Lullum aliquādo invenitur ſcriptum, *Bonitas bonificat; Magnitudo, magnificat* &c. ergo Bonitas, Magnitudo &c. dicuntur agere. Reſpōdeo, reperiri ſic ſcriptum: ſed, cum explicatione, ſic; *Bonitas bonificat*, id eſt; eſt ratio qua bonum bonificat; & ſic de aliis. Quòd ſi aliquando non exprimatur explicatio, (quod rarò cōtingit) ſubintelligitur ex locis ubi frequēter exprimitur: tum ex Prologo Artis Inventivæ veritatis, ubi Lullus ſic ait:

Vt

Vt maiora significata exprimamus, & minus à rebus suis distantia; verba quandoque transsumimus: & quod est proprium alicuius rei, propter expressionem maioris sententiæ, alteri attribuimus: ut infrà patebit. Vt, cùm dicitur; Bonitas bonificat; magnitudo, magnificat &c. *Quia, quod est proprium supposito, Bono scilicet bonificare, attribuimus Bonitati, propter quam ipsum bonum bonificat: ut vehementius exprimamus, quòd bonum, propter Bonitatem suam bonificat: & magnum, propter magnitudinem suam magnificat.* &c.

Articulus. 3. Eimerici.

QVOD, sicut leo se habet ad leonificandum; & homo, ad homificandum: sic, & multó plus, Divina natura se habet ad naturificandum; & Divinitas, ad Divinificandum. In Libro super Sententias, Quæstio. 2.

Sicut elementum se babet ad elementandum; planta, ad vegetandum; sensitiva, ad sentiendum, intellectiva, ad intelligendum; homo, ad homificandum: & leo, ad leonificandum; sic, & multò plus, Divina natura se habet ad naturandum; & Deitas, ad Deificandum &c. Lib. Sententiarum, Quæst. 2. Textus Lulli.

In hoc quoque Textu explicatur non esse erronea mens Lulli; sicut fuit explicata in 2. Et quamvis homo, ut principium quod, se habeat, ad homificandum: tamen Deitas, ad Deificandum se habet, ut principium quo, & ut natura, ac remotè. Et sic, comparatio, & similitudo, est proportionalis; scilicet, principii quod, ad principium quo remotum. *Respõsio.*

Articulus. 4. Eimerici.

QVOD, sicut Divina natura requirit agere intrinsecè, scilicet naturare: sic sua Bonitas requirit bonificare; æternitas, æternificare; & sic de aliis: cùm sint cum ipsa natura unum numero.

Et sic, Raimundus admiratus, ad Divinam naturam accurrit; & ipsam cum Divinis rationibus consideravit. Qui invenit, quod natura requirit agere. Et sicut natura requirit agere intrinsecè, scilicet naturare; sic, sua Bonitas requirit bonificare; magnitudo, magnificare. &c. *Cùm sint cum ipsa natura idem numero. Relucent ergo rationes reales in Divina productione intrinseca; sicut Pater, qui ratione sapientiæ, concipit Verbum naturaliter: & ad hoc concurrunt omnes aliæ rationes. Et hoc idem, de Spiritu Sancto, secundum processum amoris.* Lib. Sententiarum, Quæst. 4. Textus Lulli.

Explicatur iste Textus, sicut secundus. Et sic, non est erronea Lulli mens. Nam intelligit, quód Bonitas, Magnitudo, & aliæ rationes, actum requirunt, ut rationes, mediante Intellectu, & voluntate. Vt satis apertè significatur in Textu. *Respõsio.*

Articulus. 5. Eimerici.

QVOD, ſicut Deus naturale habet intelligere, & amare intrinſecè; ita intrinſecè naturale habet bonificare, æternificare, pacificare, virtuificare. In Lib. ſuper. 1. Sent. & Lib. de Centum Dei nomi. *Vnde ſequitur, quòd, ſicut Deus naturale habet intelligere, & ama-* Textus. Lulli. *re intrinſecè: ita habet intrinſecè bonificare, magnificare* &c. Lib. Sent. Quæſt. 6.

Reſpõſio. Intelligitur à Lullo Textus, de intelligere, & amare notionalibus: quæ ſunt, bonificare, magnificare &c. ut explicatur Textu ſecũdo. Qua ratione, non eſt erronea Lulli mens.

Articulus. 7. Eimerici.

QVOD in Divinis, eſt dare commune ſuppoſitum; quod reſpondet ſecundum ſuam naturam, rationibus Divinis in producendo bonum. In Lib. Contẽpl. pluribus in locis, & in Lib. Arb. ſciẽtiæ. *Sicut omnes rationes ſe habẽt ad Deum, ſecundum ſuam naturam,* Textus Lulli. *& commune ſuppoſitum, ſecũdum ſuam naturam reſpondet illis rationibus in producendo bonum; reſpondent omnes rationes ad producendum bonum.* In Arbore Divinali. Cap. *de Paternitate.*

Reſpõſio. Explicatur mens Lulli non eſſe erronea; quia tantum vult quòd Pater ſit ſuppoſitum commune, non prædicatione, ſed ſuppoſitione: quatenus, non uni tantum rationi, ſed omnibus ſupponitur; & omnibus agit: ut ſuprà explicui. Sicut, non prædicatione, ſed alio modo, Prælatus dicitur perſona communis: & res ſingulares, nulli propriæ, ſolent dici communes. Mens explicata Lulli, patet ibidem, cùm addit ſic, *Paternitate exiſtente communi (ut ſic loquar) ſub ipſis rationibus, ſecundum quod requirunt in productione.* Pa- teritem, quia in dicto Cap. tantùm fit mentio de duobus ſuppoſitis, ſcilicet Patre, & Filio, & de rationibus utriq; communibus. Item, cùm in Textu, ſuppoſitum commune dicatur producens; quòd neceſſario diſtinguitur à producto, non intelligitur eſſe commune prædicatione; ſed, dicto modo. Sunt etiam pro mente ſic explicata, quamplures Textus, ex centum, in quibus non dicuntur eſſe in Deo ſuppoſita, niſi Pater, Filius, & Spiritus Sanctus, & ſolæ rationes eis dicuntur communes: ut Text. 12. 29. 30.

Articulus. 8. Eimerici.

IN Divinis, ſunt tres perſonæ: nec plures, nec pauciores: ſcilicet, Vniens Vnibilis, & Vnire: Deificans, Deificabilis, & Deificare: æternificans æternificabilis, & æternificare. Lib. de 17. Arboribus.

Textus Lulli. *Sub ratione unitatis, ſunt tria concreta de ſua eſſentia, & natura, & omnia tria, una eſſentia, & una natura; & non plures eſſentiæ.* &c. *Et etiam oportet*

oportet, quod si in Deo non esset infinire Bonitatis in bonificare, quod est de bonificante, & bonificabili; & in æternitate, quod est de æternificante, & æternificabili, & in intelligere, quod est de intelligente, & intelligibili: & in velle, quod est de volitivo, & volibili: & sic de ceteris formis: esset Bonitas ociosa, in hoc, quod non esset Bonitas ad infiniendum. Et idem est de potestate. &c.

Explicatur non esse erronea mens Lulli: quia apud ipsum, *uniens*, idem est, quod unius gignens: &, *unibilis*, unius generabilis: &, *unire*, unientis, & unibilis producere: &, *bonificans*, idem est, quod bonificabilis generans; &, *bonificabilis*, bonificantis generabilis: &, *bonificare*, bonificantis, & bonificabilis procedere. Et sic, *intelligens*, est intelligibilis gignens; &, *intelligibilis*, est intelligentis gignibilis: &, *intelligere*, intelligentis, & intelligibilis procedere. Et similiter, *volitivum*, est volibilis generativum: &, *volibilis*, est volitivi generabilis: &, *velle*, est volentis, & volibilis procedere. Et, *amans*, est amabilis generans: &, *amabilis*, est amantis generabilis; &, *amare*, est amantis, & amabilis procedere. Et sic dereliquis. Formatur quodlibet correlativum, ex principio prioris, & fine posterioris: quibus declaratur, ut patet: &, ut solet ab aliis sic fieri. Correlativa autem Intellectus, & voluntatis, & amoris, nō essentialiter, sed notionaliter hic accipiũtur. Voluntas autem, seu amor, qui ad generandum activè concurrit, est naturalis appetitus Intellectus: ut ait Lullus, Lib. Senten. Quæst. sicut Intellectus, qui ad spirandum concurrit, est instinctus voluntatis, seu amoris. Respōsio.

Articulus. 9. Eimerici.

IN Divinis, Deificativus, bonificativus, æternificativus, virtuificativus, possificativus; & in amore intellectivus, est Pater. Deificabilis, bonificabilis, æternificabilis, virtuificabilis, possificabilis, & in amore intelligibilis, est Filius. Sed Deificare bonificare, æternificare, possificare, virtuificare, & in amore intelligere, est Spiritus Sanctus. In Lib. de centum Dei nomin. & in Lib. 17. Arborib.

Sunt ergo in bonitate, tres, & non plus, neq; minus: & hoc idem, in æternitate, & in aliis formis. Et *est bonificativus, magnificativus, æternificativus, possificativus, intellectivus, & in amore amativus; qui est Pater.* Et *bonificabilis magnificabilis, æternificabilis, possificabilis, & in amore amabilis, qui est Filius. In quo amore, amare, est Spiritus Sanctus: qui est bonificare, magnificare, æternificare, possificare, & intelligere.* In Arb. Apostol. c. de num. ternali. Textus Lulli.

Explicata fuit mens huius Textus in octavo. Et quid sit quilibet ex his terminis, ibidem patet. Respōsio.

Modus itē loquēdi Lulli in supradictis Textibus, fuit approbatus. Primó Parisiis apud Parisiēsem Vniversitatē, per 40. Doctores. Posteà, Romæ, per Censores sex sub Paulo, 4. Primum constat publicis Instrumentis: & Romana approbatio est typis excusa. Fuit etiā approbatus per alios Doctores, Eisdem terminis utitur Cardinalis Cusanus. Nam Lib. 1. Exercitationum, Cusanus.

 sermone

sermone: *In principio erat Verbum*, sic ait: *In omni autem actione perfecta, tria correlativa necessariò reperiuntur. Quoniã, nihil in se ipsum agit; sed in agibile, distinctum ab eo; & tertium surgit ex agente, & agibili, quod est, agere. Erunt hæc correlativa in essentia Divina, tres personæ: quare, Deum Trinum vocamus. Est enim Deus Deificans, generans, justificans, amans, cum ceteris perfectionibus: quem, Patrem vocamus. Est Deus Deificabilis, generabilis, justificabilis, amabilis, & ita de reliquis: & hunc Filium à Patre procedentem, nominamus. Est postea Deificare, Deificãtis, & Deificabilis, id est, Patris, & Filii: & sic, justificare, generare, & amare, amantis, & amabilis; & hunc, Spiritum Sanctum ab utroque procedẽtem, nominamus.* Hæc, Cardinalis Cussanus. Quæ intelliguntur, ut suprá declarantur Textu. 8.

Supradicti termini, sic utiles sunt, Dei auxilio, ad probandum, seu sua-
dendum Trinitatem Divinam; sicut termini absoluti, ad probandum uni-
tatem. Nam, sicut si non esset summa Bonitas, magnitudo, duratio, pote-
stas, sapientia, voluntas, virtus, veritas, gloria; esset summa malitia, parvitas,
privatio, impotentia, ignorantia, falsitas, pœna, summum odibile, & vi-
tium; quæ sunt negationes contradicentes positionibus supradictis: sic, si
non esset summum bonificativũ magnificativum etc. Esset summum malifi-
cativum, paruificativum etc. Et consequenter non esset summũ bonifica-
bile, magnificabile, etc. nec summũ bonificare, magnificare etc. Sed essent
eorum opposita, scilicet, summũ malificabile, parvificabile etc. Et summũ
malificare, parvificare etc. quæ esse non possunt: & sic, sequitur, esse eorũ
opposita positiva. Et sicut, si summa Bonitas non esset; non existeret infi-
ma Bonitas: sic si summum bonificativum non esset; & simul summum
bonificabile, & summum bonificare: Sic, non existerent infima, bonifica-
tivum, bonificabile, bonificare. Namq; si summum necessarium non esset;
minus esset quod est finitum. Cum ergo finita sint; sequitur esse quod est
summum, & infinitum.

Articulus. 12. Eimerici.

QVOD Deus Pater, in quantum Pater, est suppositum singulare; sed in quantum respõdet suis rationibus ad producendũ Filium; est, suppositum commune. In Lib. de 17. Arboribus.

Textus Lulli. *Quomodo Pater est commune suppositum? Solutio. Pater, in quantũ est Pater ex natura est suppositum singulare. At, in quantùm respondet in producendo suum Filium, omnibus suis rationibus est suppositum commune; quod de omnibus, & cum omnibus rationibus, & per omnes rationes suas, Filium producit.* In Arbore quæstionali, Cap. *de quæst. personæ Filii.*

Respõsio. Sic intelligit Lullus in hoc Textu, Patrem dici commune suppositum sicut in Textu 7. At, in quantum est Pater ex natura, pro ut ipsa sola consideratur producere; dicitur suppositum singulare: hoc est, uni tantũ rationi respondens, scilicet Intellectui.

Articulus

Articulus. 13. *Eimerici.*

QVOD, si Deus non fuisset Pater; non potuisset esse Pater æternitatis: cuius est Pater, in quantum eam dat Filio per generationem. Lib. de. 100. Proverb.

Si Deus non esset Pater; non posset esse Pater æternitatis: cuius est Pater, in quantum ipsam dat Filio per generationem. Lib. Prov. pro. 1. Cap. 6. Textus Lulli.

Exponitur mens Lulli. Quia, sicut ab Ecclesia Deus canitur, *Pater immensæ Maiestatis*: sic, a Lullo dicitur *Pater æternitatis*, id est, suppositum Paternū æternitatis: cuius est Pater: id est, suppositum paternum, in quantum illam communicat Filio per generationem. Sic ab Agustino appellatur *principium totius Divinitatis*: & à Divo Dionysio, Lib. de Divinis nominibus Cap. 2. *fons Deitatis.* Mens ista Lulli colligitur ex eodem Cap. cùm ait: *Quia Filius, est de tota essentia, & natura Patris: non possunt esse distincti in pluribus essentiis, & naturis.* Colligitur etiam ex Text. 6. 12. 16. & aliis. Respōsio. Agustin. Dionysio.

Articulus 16. *Eimerici.*

QVOD Deus Filius, sic essentialiter est de essentia productus: sicut personaliter, de persona. In Lbi. 1. Sententiarum, Quæst. 24.

Intelligit ergo Pater, se esse essentiā; sicut se intelligit, esse Patrem. Et, licet se intelligat esse essentiam; sicut se intelligit esse Patrem: non sequitur quòd absolutè generet essentiam. Quia sic intelligit quòd de sua essentia generat Filium; sicut se intelligit esse Patrem in generando Filium de sua essentia. Et sic est declaratum quòd Filius sit essentialitèr de essentia productus; sicut personaliter, de persona. Lib. Sententiarum, Quæst. 24. Textus Lulli.

Exponitur mens Lulli. Quia intelligit quòd Filius est productus de essentia essentialiter, id est, constitutivè: &, de Persona, personaliter: hoc est, indistinctivè, seu, originativè. Quòd essentia non dicatur produci; patet ex prima parte. Textus expressè: tum ex Textu. 6. & ex dictis pro eodem: Solet enim Filius dici productus æternaliter de æternitate; potenter, de potentia; verè, de veritate; sapienter, de sapientia. Sic, essentialiter, de essentia, apud Lullum. Respōsio.

Articulus. 17. *Eimerici.*

QVOD Dei Filii essentia, relata ad personā Filii, sic est genita; sicut est ingenita essentia Patris, relata ad personam Patris. In Lib. super 1. Sentent. Quæst. 24.

Ratione cuius declarationis est significatum, quòd essentia Filii, relata ad personam Filii, est sic genita: sicut est ingenita, relata ad personam Patris; cum Pater sit ingenitus. Ibidem. Textus Lulli.

Respõsio. Declaratur mens Lulli. Quia apud ipsum, essentia Filii, relata ad personã Filii, idem est, quod essentia cõtracta ad Filium: seu, suppositata per *Filiationem*. Quæ, sic contracta, seu relata, dicitur genita. Quòd absolutè non dicatur genita, in eodem Textu exprimitur: cùm sit immediatè coniunctus Textui. 16. & colligitur, ex Tex. 6. 7. 12. & aliis in fine citandis.

Articulus: 18. *Eimerici.*

QVOD Deus, qui est Filius Deitatis; est Pater hominis Deificati, propter hoc, ut in Deificare Patri assimiletur. In Lib. de centum Dei nomin.

Textus. Lulli. *Deus; qui est Filius Deitatis; est Pater hominis Deificati: nempe, ut in Deificãdo, Patri assimiletur.* In Lib. de centum Dei nomin. nomine, ò Fili.

Respõsio. Exponitur Lulli mens. Quia intelligit, Deum Filium, dici Filium Deitatis: id est, suppositum filiale Deitatis. Sicut Textu. 13. Deus dicitur æternitatis

Agustin. Pater: id est, supppsitum paternum. Sic ab Augustino Lib. 13. de Trinita. vocatur Filius substãtiæ Patris, & ad Coloss. cap. 1. nominatur Filius claritatis Patris. Deinde, intelligitur Filius esse Pater hominis Deificati, quatenus ipsum producit in sua Deifica persona, seu subsistentia: sicut Pater producit Filium in sua Deitate. Et sic homo dicitur Deificatus impropriè: id est, productus in Deifica Persona. Ad hoc enim, ut homo dicatur productus in Divina persona; sat Lullo videtur quòd in ea hominis primarium significatum, quod est humanitas; sit creatum: licet secundarium, quod est Divina subsistentia, sit increatum. Sicut, sat est, ut Filius dicatur productus in Deitate; quòd sit productus in ea secundum suum primarium significatum quod est Filiatio; licet secundarium, quod est Deitas, sit improductum. Modo ergo supra explicato, intelligitur Filius assimilari Patri in Deificando: & esse Pater hominis Deificati.

Articulus: 20. *Eimerici.*

QVOD Spiritus Sanctus procedit à Patre, & Filio: ut æqualis sit scilicet Patri, & Filio: ita quòd sic, habeat duas passiones: unam scilicet à Patre; & aliam, à Filio. Sicut Pater duas habet actiones; & Filius, unam actionem, & unam passionem. Libro Sentent. Quæst. 12. & Libr. de Arbore Scientiæ.

Textus Lulli. *Oportet quòd Spiritus Sanctus procedat à Patre, & Filio: ut æqualis sit Patri scilicet, & Filio; & quòd sic habeat duas passiones; unam scilicet à Patre; & aliã, à Filio. Sicut Pater duas habet actiones: & Filius unam actionem, & aliam passionem.* Lib. Senten. Quest. 12.

Respõsio. Explicatur Lulli mens. Quia duas intelligit esse in Spiritu Sancto passiones; hoc est, passivas spirationes. *Duas*, inquam, non intrinsecùs, & per suam entitatem; sed extrinsecùs, seu terminativè ad duas personas spirãtes. Quod est, à duabus produci; seu, ad duas referri. Sicut tam Pater, quàm Filius, ad duas refertur. Et sic, notionaliter intelliguntur personæ æquales:

sicut

ſicut ſunt æquales eſſentialiter. *Duas*, ratione, cum fundamẽto in re, ait Vaſquez eſſe ſpirationes in Spiritu Sancto. Quòd verò Lullus, unam eſſe intelligat, patet ex his Textibus ſubſequentibus

Primò: Omnes dignitates ſunt ſub una ſpiratione paſſiva; quæ eſt proprietas perſonalis. In Arbore Scientiæ.

Secundò: Cùm Spiritus Sanctus ſit ex Patre, & Filio; quomodò eſt totus ex Patre; & totus ex Filio? Solutio. In hoc quòd Pater, & Filius ſunt diſtinctæ perſonæ; eſt Spiritus Sanctus ex Patre, & Filio. Et *in quantum Pater, & Filius ſunt una ſpirativitas; & non plures: Spiritus Sanctus eſt una ſpirabilitas, & non plures: & eſt totus Spiritus Sanctus ex Patre: & eſt totus, ex Filio.* In Arbore Scientiæ, & Arbor. Quæſt. de Quæſt. Spiritus Sancti.

Tertiò: Cùm Spiritus Sãctus ſit ex Patre, & Filio: quomodò eſt una ſpirabilitas? Solutio. Spiritus Sanctus eſt ex Patre, & Filio; in quantum eſt ex communi ſpirativitate: & eſt una Perſona, & una ſpirabilitas: in quantum eſt ex una ſpiribilitate, & non ex pluribus.

Quartò: Si plures dicerentur Spiratores eſſe, eſſent plures Spiritus Sancti: aut unus Spiritus Sanctus compoſitus eſſet ex ſpiratione Patris, & ex ſpiratione Filii. Quod eſt impoſſibile. Lib. Sent. Quæſt. 14.

Quintò: Pater, & Filius, ita ſunt uniformiter idem numero per ſpirativitatẽ; ſicut ſunt uniformiter idem numero per eſſentiã, naturam, bonitatem, etc. ibidẽ.

Sextò: Ita bene competit Deo ſingularis Paternitas, Filiatio, Spirabilitas: ſicut ſingularis infinitas, & æternitas. Lib. Prover. Quæſt. 1. c. 9.

Septimò: Si actio, quam habet Pater, & Filius in Spiritum Sanctum, non eſſet una; eſſent plures Spiritus Sancti. ibidem c. 12.

Octavò: Tantum Pater, & Filius in unitate ſe diligunt; quòd ambo unam ſolam habent ſpirativitatem, in ſpirando unam ſolam ſpirabilitatem. Lib. de centum Dei nom. nomine *O Spiritus Sancte.*

Nonò: In Deo non poteſt eſſe niſi una Paternitas; una Filiatio; una paſſiva ſpiratio. Lib. de Artic. fidei, cap. *Quòd in Deo tres tantum ſunt Perſonæ.*

Articulus. 21. *Eimerici.*

QVOD duæ paſsiones Spiritus Sancti ſunt de tota activitate Patris; & ſtant ſic una perſona; ſicut duæ activitates, unum principium. In lib. de 17. Arboribus.

Duæ paſsiones Spiritus Sancti ſunt de tota activitate Patris, & Filii: & ita ſunt una perſona; ſicut duæ activitates, unum principium. In Arbore. Quæſt. *de floribus Divinis.* titt. de Quæſt. diffe. concor. contrar. Textus Lulli.

Explicatur Lulli mens. Quia intelligit, duas eſſe activtiates, id eſt, ſpirativitates, ſeu ſpirationes activas, non in ſua entitate; ſed in perſonis ſpirantibus; hoc eſt: perſonas duas eſſe ſpirantes una ſpirativitate. Hoc patet, etiam ex Textibus relatis prò. 20. *Reſpõſio.*

Dices; Volũtas non poteſt dici duplex ratio, ſupradicto modo; quàvis duæ Perſonæ ipſa ſpirent; ergo nec ſpiratio activa. Reſpondeo: à Lullo ſic dici, de *Objectio. Solutio.*

 ſpiratione

ſpiratione activa, & non de voluntate: quia ſpiratio activa advenire cenſetur perſonis jam conſtitutis; quarum eſt reſpectus ad aliam. At, non ſic eſt voluntas.

Articulus. 23. Eimerici.

QVOD tantum ſunt tres perſonæ Divinæ in unione; quôd nulla illarum poteſt aliquid agere intrinſecè ſine aliis. Quia nec generare, nec ſpirare. In Lib. Contempl.

Textus. Lulli. *Adeò ſunt tres perſonæ Divinæ unitæ; quòd nulla ex tribus perſonis poſſet quidquam ſine aliis. Et hoc eſt, eò quòd Pater non poſſet generare Filium; niſi Filius generaretur ab eo: neque poſſet ſpirare Spiritũ Sanctũ niſi Spiritus Sãctus procederet à Patre; neque poſſet Pater ſpirare Spiritũ Sanctũ, niſi Filius generaretur à Patre, & cum Patre ſpiraret Spiritũ Sanctũ: & Filius non poſſet à Patre generationem habere, niſi à Patre generaretur, & ſpiraret Spiritũ Sanctũ: & Spiritus Sanctus non poſſet à Patre, & Filio procedere, niſi Pater eſſet generans, & Filius genitus, & uterque ſpirans Spiritum Sanctum.* In Lib. 1. Contempl. cap. 11.

Reſpõſio. Explicatur Lulli mens. Quia intelligit, nullã perſonã ex tribus poſſe activè, vel paſsivè quidquam, ſine aliis: id eſt; quia aliæ ei correlativè, & conſequenter, ratione unitatis eſſentiæ, conjugantur. Vt ſatis ipſemet Textus declarat. Sublata enim una Perſona, ceteræ quoque intelliguntur auferri; eò quòd omnium ſimul intelligitur eſſentia tolli: quæ eſt idem realiter cũ qualibet proprietate perſonali.

Articulus 24. Eimerici.

QVOD generatio, & proceſsio, non poſſunt eſſe in Divinis per unã, vel duas perſonas ſolùm: minus, de omnibus tribus. In Libr. de Contempl.

Textus Lulli. *O Sancta Trinitas, ſicut generatio, & ſpiratio, non poſſunt eſſe in te per unam ſolam perſonam, vel duas, ſine tribus: ſic nulla ex tribus perſonis poſſet aliquid in hoc Mundo agere, ſine aliis.* Libr. Contempl. Cap. 11.

Reſpõſio. Exponitur Lulli mens. Quia intelligit, generationẽ, & ſpirationẽ eſſe nõ poſſe per unam, vel duas ſolùm perſonas: id eſt, ſine tribus; ut ait idem Textus. Et explicatum eſt in Textu. 23. cui iſte immediatè in eodem cap. eſt conjunctus.

Articulus. 25. Eimerici.

QVOD, ſtante Filio de toto Patre, & ſtante Spiritu Sancto de totis ambabus, ſine aliqua conditione contrarietatis; ſtat eorum diſtinctio, & concordantia in maiori maioritate quæ poteſt eſſe; & tres perſonæ Divinæ diſtinguuntur maiori diſtinctione quæ poteſt eſſe. In Libr. de 17. Arborib.

Textus Lulli. *Exiſtente Filio ex toto Patre: & Spiritu Sancto exiſtente ex ambobus ſine aliqua*

aliqua conditione contrarietatis, est eorum distinctio, & concordantia in maiori maioritate quæ possit esse. In Arbore. Quæst. de Flor. Div. titt. de Quæstion. differentiæ, concor. & contrar.

Declaratur mens Lulli. Quia intelligit, Filium esse ex toto Patre, quoad essentialia: & similiter, Spiritum Sanctum ex ambobus; & ideo, sine aliqua imperfectione. Et sic, ipsorum distinctionem, & concordantiam, esse in maiori maioritate quæ possit esse. Cum enim distinctio, sit ipsummet Esse, quod distinguitur; quod quidem Esse, in Deo est maius, quam in Creatura; maior quoque intelligitur esse in Deo distinctio positiva: licet negativa in Creatura sit maior, in qua, Esse negativum, est maius. Quia tamen Esse negativum non dicitur esse, nisi negativum; sic à Lullo distinctio negativa non dicitur distinctio, nisi negativa. Et sic, absolutè, à Lullo, dicitur, & intelligitur esse in Divinis personis maior distinctio: quamvis, non natura, sed, sola subsistentia inter se differant. Simili modo intelligatur esse in Deo maior concordantia. Quod autem Lullus non neget sic unitatem essentiæ in personis; patet ex eodem Textu. Nam, ipsa negata, non esset Filius à Patre; nec Spiritus Sanctus, ab utroque, sine contrarietate, & imperfectione. Idem patet ex Textibus. 29. 30. & aliis. *Respõsio.*

Articulus. 26. *Eimerici.*

QVOD, sicut inter Patrem, & Filium, in Divinis, est maior unitas, & concordantia, quæ potest esse: sic inter eos est maior distinctio, quæ possit esse. Ibidem.

Quam maiorem differentiam significat maior distinctio quæ est inter unam Personam Divinam, & aliam. Et idem est de concordantia. In Arbore Christianali, *de Branchis.* *Textus Lulli.*

Mens huius Textus non est diversa à mente Textus. 25. *Respõsio.*

Malè faciunt illi, qui dicunt, quod inter Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum non sit tanta distinctio; quanta est inter Deum, & Equum. Cum inter Divinas personas sit maior concordia, quàm inter Deum, & Equum. Quæ maior concordia, non potest esse sine maiori distinctione Personarum. Ibidem. *Rurs. Eimericus.*

Malè faciunt illi, qui dicunt, quòd inter Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum non est ita magna distinctio, sicut inter Deum, & Equum. Cùm ita sit, quòd inter Divinas Personas sit maior concordia, quàm inter Deum, & Equum. Quæ maior concordia, esse non potest sine maiori distinctione personarum. Ibidem, ubi. 26. *Textus Lulli.*

Declaratur non esse erronea mens Textus. 27. ex dictis pro Textu. 25. *Respõsio.*

Articulus. 28. *Eimerici.*

QVOD, extra Deum, differentia est maior in pluralitate; & concordia, in unitate. Sed, in Deo, est æqualitas in differentia, & unitate. In Lib. Amici, & Amati.

Textus. Lulli. *Respondit Amicus, quòd extra Amatum suum differentia erat maior in pluralitate: & concordia maior, in unitate. Sed, in Amato, erant æquales in pluralitate, & unitate.* Lib. de Amico, & Amato. num. 301.

Respōsio. Explicatur mens Lulli. Quia intelligit, extra Deum, differentiam esse maiorem in pluralitate, quàm concordãtiam: & hanc, esse maiorem illa, in unitate; quatenus extra Deum, in pluralitate Personarum non est concordia in unitate naturæ: neq; in unitate naturæ est differentia personarum. At, quia in Deo unitas naturæ non est sine differentia personarũ; nec è contra; dicuntur esse æquales: cùm una non sit sine altera; & quælibet, sit ipse Deus.

Articulus. 29. *Eimerici.*

QVOD, in quantum Filius, in Divinis, est distinctus à Patre, & Spiritu Sancto personaliter: potest esse incarnatus absq; hoc, quòd illi non sint incarnati. Sed, inquantum omnes tres personæ sunt una essentia, & natura; oportet quòd Pater, & Spiritus Sanctus sint ita veraciter homo per Incarnationem; sicut Filius. In Lib. de 17. Arbo.

Textus Lulli. *In quantum Filius est distinctus à Patre, & Spiritu Sancto personaliter; potest esse incarnatus; licet Pater, & Spiritus Sanctus non sint incarnati. Sed, inquantũ omnes tres Personæ sunt una essentia, natura una; oportet quòd Pater, & Spiritus Sanctus sint ita verè homo, per Incarnationem; sicut Filius.* In Arbor. Quæst. de flor. Christ. tit. *de Potestate.*

Respōsio. Mens Lulli facilè explicatur. Quia intelligit quód tres Personæ Divinæ, Pater, Filius, & Spiritus Sanctus, ut sunt una natura; sunt æqualiter homo: id est, quòd natura, quæ æqualiter est tres Personæ; est homo; quatenus est Filius, qui est homo. Et sic, Pater, inquantum est illa natura; ita verè est homo; sicut Filius est homo, inquantum est ipsa natura. Quod est dicere: sic natura, quæ est Pater; est homo; sicut natura, quæ est Filius. Sic tenere videtur Gregorius de Valentia, Tom. 1. col. 730. ubi sic ait: *Paternitas, ut est quid absolutum; est tres Personæ.* Pro mente Lulli sic explicata, sunt prima pars Textus 29. & 30. & Textus citandi in fine.

Articulus. 30. *Eimerici.*

QVOD unitas naturæ, & essentiæ Divinæ, facit stare æqualiter tres personas Divinas hominem Deitatum. Ibidem.

Textus Lulli. *Cum Filius sit incarnatus; & non Pater, nec Spiritus Sanctus, tres Personæ Divinæ quomodò possunt esse æqualiter homo? Solutio. Unitas naturæ, & essentiæ Divinæ, facit esse æqualiter tres personas hominem, & Deum.* Ibidem. vbi Tex. 29.

Respōsio. Quamvis verbaliter solutio Textus sit obscura: tamen Lulli mens explicatur; quia intelligit solutionem, de tribus Personis Divinis, ut sunt una natura

natura: & sic sumtas, esse æqualiter hominem intelligit: ut in Textu. 29. cui iste est immediaté conjunctus. Non enim est existimandum, quòd Lullus asserat in solutione, seu in secunda parte Textus; id quod in prima negat. Sed, modum in Solutione intelligit, quem in Quæstione inquirit; & superiùs in Textu 29. expresſit.

Articulus. 31. *Eimerici*,

QVOD in Persona Filii Dei accipit natura humana participationem cum persona Dei Patris, & Dei Spiritus Sancti. In Libro. 1000. Prover.

In humana natura assumsit Divina Persona participationem cum omni creatura. In persona Filii Dei, humana natura participationem assumsit cũ persona Dei Patris, & Dei Spiritus Sancti. Lib. Prover. cap. 84. **Textus Lulli.**

Explicatur Lulli mens. Quia intelligit quòd Divina Persona in natura humana, id est, facta homo, assumsit participationem convenientiæ cum omni creatura; specificæ quidem, cum hominibus: & genericæ, cum ceteris naturis. Sic intelligit, quod humana natura in persona Filii Dei suppositata, participationé, id est, conveniẽtiam in Deitate, assumsit cum Patre, & Spiritu Sancto; quatenus, ut suppositata, est Deus: sicut Pater, & Spiritus Sãctus. Quòd in Textu nòn significetur, naturá humanam in persona Verbi esse unitam Patri, vel Spiritui Sancto, patet: quia, si talis unio esset; nõ participaret humanitas Christi eam in persona Filii: sed, in persona Patris, vel Spiritus Sancti. Insuper, hoc idem negat Lullus Textu. 29. 30. & aliis in fine citandis. *Respõsio.*

Articulus. 32. *Eimerici*.

QVOD tunc, quando Filius Dei accepit humanam naturam; produxit personam hominem in sua persona. sic in amando Esse hominum; sicut produxit cum Patre Spiritum Sanctum. In Lib. de. 17. Arbor.

Non est inventus Articulus iste apud Lullum. Posset tamen sic explicari; Quòd Persona homo in Christo, est quid constitutum ex humanitate, & verbi subsistentia. Et, quod hoc constitutum, productum dicatur; eò quod humanitas ipsa creata est; & dicatur productũ in persona Verbi: licet, quòad substantiam, à Verbo non distinguatur. Sicut Verbum dicitur productũ in Deitate Patris, à qua non differt. Dicatur denique productum in amando &c. quia omnia ad extrá, per voluntatem Dei fiunt: sicut, ad intrá, per voluntatem producitur Spiritus Sãctus. Quod veró Lullus duas non admittat personas in Christo, patet expressé in Textu. 42. & implicité in Textu. 43. 44. & in aliis; tùm expresſiùs in citandis in fine. *Respõsio.*

Articulus 34. Eimerici.

QVOD Divina natura, quæ est Filius Dei; voluit indui de natura humana; quæ est Christus homo. In Lib. de 17. Arborib.

Textus. Lulli. *Magna humilitas est, quòd Divina natura quæ est Filius Dei; voluit indui de natura humana, quæ est Christus homo.* In Arbore Moral. titt. *de fide, & spe.*

Respõsio. Explicatur Lulli mens. Quia, nõ loquitur, de natura Divina, ut absoluta, sed, ut contracta: quæ, ut sic, est Filius Dei, scilicet idemticè. Nam, ut absoluta, solùm est Filius realiter. Vt contracta ergo dicitur induere humanam. Quæ humana, ut consequenter suppositata, dicitur esse Christus homo. Sic Damascenus, Lib. de Orthod. Fid. Cap. 19. ait: *Duæ naturæ, unus est Christus; & Christus, duæ naturæ.* Et Augustinus, de fide, ad Petrum, sic habet: *Illa natura, quæ semper genita manet à Patre; nostram naturam assumsit.* Vide Textus citandos in fine, pro Textu. 34.

Damasce. Agustin.

Articulus. 35. Eimerici.

QVOD Deus, pro humano genere salvando, sine hoc quòd humanum genus petivit veniam; voluit ei indulgere per Incarnationem: quam accepit Misericordia; quæ est Deus. In Lib. de 17. Arboribus.

Textus Lulli. *Magna misericordia fuit, quòd Deus, absque hoc quòd humanum genus non petivit veniam ab ipso; remittere voluit per Incarnationem, quam accepit Misericordia, quæ est Deus.* Ibidem, ubi Text. 34.

Respõsio. Exponitur Lulli mens. Quia intelligit Deum ab æterno voluisse remittere in tempore peccatum humano generi: quibusdam, efficaciter: aliis, simpliciter, seu voluntate simplici (ut dicitur) ante quam nemo veniam petiisset. Cùm enim venia non posit peti, sine Dei auxilio excitante, quo jam Deus censetur velle remittere, saltèm simplici voluntate; quando illud dat: inde est, ut etiam in tempore censeatur velle remittere peccatori, antequam ipse veniam petat. Vult autem remittere, per Incarnationem prævisam, vel exhibitam. Quam assumsit Misericordia; non ut absoluta: sed, quæ est Deus idemticè, ut suprà est explicatum. Quod autem non velit Lullus peccatum adulto remitti absq; eius præcedẽte cooperatione, patet ex Textu. 60. & 76.

Articulus. 36. Eimerici.

QVOD, si humana natura potuisset se elongare â Divina natura; & eam fugere, ut non se incarnaret; in ea fuisset. Sed, natura Divina accessit ad humanam naturam: & incarnavit se in illa. In Libr. Contemplat.

Si

Si natura humana, Domine, haberet potestatem à te recedendi, & fugiendi, ut in ipsa non assumeres carnem; recessisset, & fugisset. Ad hoc enim inclinatur, ratione suæ fragilitatis, & miseriæ. Sed natura tua, Domine, fons omnium bonorum, & potestas super omnes potestates, accessit ad naturam humanam: & in ea carnem assumsit. Lib. Contemplat. cap. 61. Textus Lulli.

Declaratur mens Lulli. Quia intelligit Textũ, de specie humana, demto Christo, & excepta Matre; ut alibi excipit. Natura autẽ humana, sic sumta, est, quę sic universaliter, nominę naturæ humanæ significatur: & quę, ratione peccati, ad malum inclinatur: & sic, quantũ est ex se, propẽdebat ad impediendam Incarnationẽ; quam impedivisset, si potuisset, suæ relicta miseriæ. Sed, natura Divina, suppositata per filiationẽ, ut suprà intelligitur; accessit ad humanam; & in ea carnem assumsit. Accessit, inquam, per dona gratiæ illam ab initio Mundi disponens. Respõsio.

Articulus. 38. *Eimerici.*

QVOD in Christo sunt tres naturæ, scilicet Divina, anima rationalis, & corpus humanum. Et propter quamlibet istarum, est Rex. Nam, propter Divinam, est Rex Divinus, & æternus: & propter animam rationalem, est Rex omnium creatorum Spirituum, & creabilium. Sed, propter corpus humanum, est Rex totius corporalis naturæ. In Libro de *Benedicta tu.*

En tibi adhuc aliam expositionem, cur tres Reges, non plures, nec pauciores fuerunt: nempe, ut homines cognoscerent, in Filio meo Iesu tres reperiri naturas: propter quas Filius meus Iesus, Rex est. Nam, propter naturam Divinam, Rex est Divinus, infinitus, & æternus. Et propter animam rationalem, quam in se habet Filius meus Iesus; Rex est omnium spirituum creatorum, & creabilium. Et propter suum corpus humanum, Rex est Filius meus Iesus totius corporeæ naturæ. In Lib. de *Benedicta tu.* Cap. De *trigesimo Virginis gaudio.* Textus Lulli.

Existimo, sufficienti conjectura, citatum Librum, non esse á Lullo. Tamen, Authoris mens non videtur errare: quia intelligit tres esse in Christo naturas, scilicet Divinam totalem; animæ partialem; & aliam Corporis, etiam partialem. Quia sic, tres solent dici naturæ. Sic enim Petrus Lombardus, Sanctus Thomas, Augustinus, & alij, dicunt esse in Christo tres substantias. Quòd autem ex Lullo, duæ totales tantùm sint naturæ in Christo; patet ex Textu. 42. & aliis. Respõsio. Doctores alii.

Articulus. 39. *Eimerici.*

QVOD substantia Christi humanitatis, distinguitur in tres res: scilicet, Animam, Corpus, & Spiritum; qui exit à duobus, scilicet, à Corpore, & anima. In Lib. Contemplat.

Et sicut est melius homini, esse Corpus, & Animam, & Spiritum; (quem Spiritum appellamus, conjunctionem Animæ, & Corporis) & quòd ista tria, sint una substantia humana: sic &c. Lib. 1. Contemplat. Cap. 11. Textus Lulli.

 Non

Respōsto. Non videtur erronea Lulli mens. Quia explicat, se intelligere, nomine Spiritus, unionem animæ & corporis; quæ, Spiritus dicitur: prout ipsa modaliter vivimus: &, ipsa destructa, morimur; etiamsi anima præsens corpori remaneret.

Articulus. 40. Eimerici.

QVOD anima Christi diligit suam formam, & suam materiam. Quæ forma animæ Christi, est nobilior, pulchrior, melior, & honorabilior forma quæ sit: nec aliæ formæ aliarum creaturarũ habent tantam virtutem; sicut habet sola forma animæ Christi. In qua, propter eius pulchritudinem, illi qui sunt in Paradiso; habent magnam gloriam. In Lib. Contemplat.

Textus Lulli. *Quintum genus amoris est (Domine Deus) cùm anima tua suam amat materiam intellectualem. Sextum genus amoris est; cùm intellectualiter intelligimus (Domine Deus) tuam animam memorare, intelligere, amáreque sui ipsius formam nobilissimam, pulcherrimam, honestissimam, optimámque omnium esse. Neque formæ omnes aliæ creatæ tantam habent virtutem; quantam sola habet animæ tuæ forma. Quemadmodum pulchritudo formæ corporis tui, occasio erit conferendi gloriam iustorum hominum sensualitatibus; cùm erunt in Paradiso collocatæ; sic forma animæ tuæ, propter magnam virtutem suam, occasio est ut Sanctorum animæ, & omnes Angeli, ipsam videndo, ab ea gloriam, ac benedictionem habeant.* Lib. 5. Contempl. Cap. 27.

Respōsto. Exponitur mens Lulli. Quia intelligit, Esse activum animæ Christi, esse eius formam: &, Esse passivum, seu, Esse passibile eiusdem, esse illius materiam. Solet enim Esse passivũ, seu passibile, materia dici; &, Esse activũ, forma. Propterea Deus, purissima forma dicitur sine materia. Intelligit quoque, Esse activum Christi animæ, dici omni alio Esse creato perfectius, ratione Divinæ substantiæ, & supernaturalium donorum. Et idem intelligit de corpore. Et in utroque gloriari Beatos, quorum sensus gloriabuntur in corpore Christi. Præter hanc gloriam, admittit illam Lullus, quæ est visio, & fruitio Divinæ essentiæ: ut patet in Textu. 44. Non desunt Authores, qui in Spiritibus formam admittant, & materiam, sic intelligendam: in quibus est. S. Bonaventura, Henricus, Scotus, & Nicolaus de Nissa.

Articulus. 42. Eimerici.

QVOD natura Divina, & humana in Christo, sunt Magnæ in differentia, & concordia: &, tam Magnæ; quòd, sicut est concordia maior, quàm alia concordia, quæ sit inter Creatorem, & Creaturam; oportet quòd sit differentia maior inter Divinam naturam, & humanam in Christo, quàm aliqua differentia quæ sit inter Creatorem, & Creaturam. In Libr. de 17. Arborib.

Differentia

Differentia est inter duas branchas; quarum una, est natura Divina; & alia, est natura humana. Et quanto sunt maiores branchæ; tantò maior est differentia. Et quantò maior est differentia: tantò maior est earum concordia quam habent ambæ branchæ in essendo una persona, unus truncus, unus Iesus Christus. Sunt ergò branchæ magnæ in differentia, & concordia; & ita magnæ; quòd sicut concordia est maior quàm alia concordia quæ est inter Creatorem, & Creaturam; ita oportet quòd differentia sit maior inter brancham, & brancham; quàm aliqua differentia quæ sit inter Creatorem, & Creaturam. In Arbore Christian. De *Branchis.* Textus Lulli.

Ex dictis pro Textu. 25. patet non esse erroneā mentem huius Textus. *Respōsio.*

Articulus. 43. Eimerici.

QVOD inter Verbum Divinum, & animam quam assumsit; est magna concordia per unionem, & conjunctionem; & ita magna, quôd Verbum est anima, & homo; & homo, est Verbum cum omnibus partibus suis: & Verbum convertitur cum anima. In Lib. Sup. 1. Sentent. Quæst. 7.

Inter Verbum Divinum, & animam quam assumsit; est magna differentia: cùm Verbum sit infinitum; & anima sit finita. Sed, inter ipsos, magna est concordia per conjunctionem, & unionem: & ita magna: quòd Verbum est anima, & homo: & homo, est Verbum cum omnibus partibus. Sed de differentia, non est sic. Quia, conservat quòd Verbum sit infinitum; & homo sibi conjunctus, sit finitus. Et ideò, conversio Verbi, & hominis, stat in concordia, & non in differentia. Lib. Sententiarum, Quæst. 109. Textus Lulli.

Explicatur mens Lulli. Quia intelligit, animam Christi esse concretum substantivum, constitutum ex natura animæ, & subsistentia Verbi; & ratione substantiæ, converti cum Verbo. Et sic, ratione concordiæ, & non ratione differentiæ, seu naturæ, cum illo converti. Quam animam, ut naturam, seu ut differentem, Verbum assumsit. Idem de corpore est dicendum: quod etiam est constitum ex natura corporis, & subsistentia Verbi. Et sic est verum, quòd homo cum suis partibus, convertitur cum Verbo: &, è contrà, ratione concordiæ, & non ratione differentiæ: hoc est, ratione subsistentiæ; & non ratione naturæ. *Respōsio.*

Articulus 45. Eimerici.

QVOD Christo ita fuit leve, in die Passionis, dolores sustinere: sicut dicere. In Lib. Contempl.

Equidem scis tu, Domine, quòd nobis leve magis est dicere, quòd parati sumus ad paupertatem, ludibria, tormenta, & mortem sustinendum pro te; quàm sit nobis leve, eam sustinere. Domine amātissime, tu sis benedictus: cui ita fuit leve sustinere omnes dolores, & omnes amaritudines; sicut fuit Textus Lulli.

 hoc

hoc dicere. Nam nos in die tui obitus ita tenerrimè dilexisti; quòd dicere, & pati, fuit tibi valdè gratum, & amœnum. In Lib. Contempl. Cap. 62.

Respōsio. Declaratur Lulli mens. Quia intelligit, leve fuisse Christo, id est, acceptú, & amabile, seu amatum, charitatis amore, loqui de sua Passione; ac ipsam sustinere; quamvis neutrum amabile, amore naturali, extiterit. De quo amore non loquitur Textus: ut indicant verba priora, & posteriora eiusdem.

Articulus. 47. Eimerici.

QVOD Corpus Christi, stans in Cruce, fuit mortuum, in quantum anima dimisit illud: & non fuit mortuum; in quantum Deitas ab eo non recessit. Nec cōjunctio Divinæ naturæ, & humanæ, fuit divisa. Remansit ergo Christus vivus, & mortuus: quia fuit mortuus, secundum cursum naturalem: sed remansit vivus, supra cursum naturalem. In Lib. de 17. Arb.

Textus Lulli. *Iesus Christus mortuus fuit, inquantum homo: non, inquantum Deus. Sicut S. Petrus, qui fuit mortuus in quantum corpus; non, in quantum Anima. Et etiā, corpus Christi existens in Cruce, mortuum fuit, in quantum Anima ipsum dimisit: & non mortuum, in quantum Deitas ab ipso non recessit: nec conjunctio Divinæ naturæ, & humanæ, dissoluta fuit. Remansit ergo Iesus, vivus, & mortuus, sine contradictione. Quoniam mortuus fuit, secundum mortalitatem humanam: vivus fuit, secundum quòd fuit Deificatus in viva Deitate. A qua vita discedere non potest.* In Arbore Apostol. de Florib. Cap. *Quod Iesus Christus fuit mortuus.*

Respōsio. Explicatur Lulli mens. Quia intelligit, corpus Christi esse concretum substantivum, constitutum ex natura corporis, & subsistentia Verbi: & sic, converti cum Verbo: sicut homo convertitur. Et ita, corpus, ut erat Verbū, & Deus, seu, quatenus ab eo Deitas non recessit; non fuit mortale, aut mortuum: hoc est, Deus vivus remansit. Tamen, absolutè fuit mortale, ac mortuum: &, inquantum anima illud dimisit. Et sic, corpus primo modo sumtum, dicitur in Textu, non mortuum: id est, Deus vivus. Et secundo modo acceptum, dicitur mortuum. Et similiter, Iesus primo modo dicitur nō mortuus: & secūdo modo dicitur mortuus, sine contradictione. Et sic, mortuus secundo modo, remansit vivus primo modo: quatenus remansit in viva Deitate Deificatus, ratione idemtitatis Deitatis cum subsistentia Verbi, qua corpus, & anima tunc subsistebant. Et, deificatum sic, impropriè sumitur: ut suprà est declaratum.

Articulus. 48. Eimerici.

QVOD mortuus fuit Christus homo, secundum mortem humanam: sed remansit homo Deus, inquatum Deus remansit homo. In Lib. de 17. Arbor.

Deus

Deus moriebatur, in quantum homo: & in suo proprio Esse remansit, inquantũ Deus, & mortuus fuit secundum naturam humanam: & homo remansit Deus, *inquantum Deus remansit homo.* In Arbor. Christi, de Flor. Cap. de relat. Textus Lulli.

Exponitur Lulli mens. Quia intelligit quòd in triduo homo remansit Deus, inquantum, (id est,) eo modo quo Deus remansit homo. Sic, quòd sicut Deus remansit homo mortuus, scilicet, Corpus, & Anima: sic homo mortuus, scilicet, tam corpus quàm anima, remansit Deus. Respõsio.

Articulus. 49. Eimerici.

QVOD surrexit Christus propter hoc, ut esset homo conjunctus ex anima, & corpore: sicut erat homo antequam moreretur. Et quando fuit mortuus; fuit homo, inquantum Filius Dei erat homo. In Lib. de 17. Arb.

Christus, surrexit, ut esset homo, ex anima, & corpore; sicut fuit antequam moreretur. Et quando mortus fuit; erat homo, in quantum Filius Dei erat homo. Sed non erat homo, inquantum anima non erat in corpore. In Floribus Arb. Apostol. Cap. *Quòd Iesus Christus resurrexit.* Textus Lulli.

Declaratur Lulli mens. Quia intelligit secundam partem huius Textus, sicut intelligit Textum. 48. Prima autem pars, omni caret scrupulo. Respõsio.

Articulus. 52. Eimerici.

QVOD. B. Maria relaxat peccatoribus culpas, & peccata: & potest plus peccatoribus indulgere: quàm ipsi, peccare: donatq; virtutes, & merita, fidem, spem, & Charitatem, cum quibus habeant homines vitam æternam. In Lib. de Beata Maria.

Sequitur necessariò, eam Dei Matrem, esse misericordem, dimittendo peccatoribus culpas, & peccata; tribuendo illis virtutes, & merita, quibus gloriam sine fine obtineant. Lib. de Laudibus Virginis. Cap. 14. Textus Lulli.

Explicatur mens Lulli. Quia intelligit, Beatam Virginem prædicta elargiri, sua intercessione: ut ibidem explicat, sic: *Conversi peccatores ad Dei Matrem piissimam, rogantes ut faveret eis; videlicet, ut oraret Filium suum quòd miseraretur eorum: & Beatissima Mater, eis misericordiam exoravit. Sic etiam Ecclesia, ad Virginem:* Respõsio.

Solve vincla reis.
Profer lumen cæcis.
Mala nostra pelle.
Nos, culpis solutos,
Mites fac, & castos.
Et ad Apostolos:
Nos, à peccatis omnibus
Solvite iussu, quæsumus.
Sanate ægros moribus;
Nos reddentes virtutibus.

Bernardus Similimodo loquitur Bernardus, Serm. de verbis; *Signum Magnum*, &
Ephrem. Divus Ephrem, Oratione ad Beatissimam Virginem. Pro hac Lulli mente vide Textus citandos in fine.

Articulus. 54. Eimerici.

QVOD Papa est Vicarius Beati Petri. In Lib. de Arb. & in Lib. de Contemplat.

Textus Lulli. *Debet Papa illam fidem habere, quam habuit B. Petrus; postquam est Vicarius.* In Lib de radicib. Arbor. Apostol.

Respōsio. Explicatur mens Lulli. Quia intelligit, Papam esse Vicarium Beati Petri; id est, Successorem; ut explicat ibidem, de Floribus, sic: *Oves Domini Papæ, Vicarii, seu Successoris Beati Petri.* &c. Sic Bernardus, Epist. 183. *Quam Sententiam cupio, vos, & omnimodis moneo custodire, in exhibenda reverentia, & Apostolicæ Sedi, & Beati Petri Vicario.* Sic, Canone, *Ego Ludovicus. Dist. 63. Qui enim Petro succedunt; eius quodammodò vices gerunt.* Alibi sæpe Lullus vocat Dominum Papam, *Christi Vicarium.* Vide Textus citandos in fine.

Bernardus

Canon.

Articulus: 55. Eimerici.

QVOD, propter peccatum primi hominis, totus Mundus fuit corruptus: &, quantum ad vegetabilia, animalia, & alia creata ad servitium hominis: immò etiam, quantum ad Dæmones; & etiam Angelos. In Lib. Contempl.

Textus Lulli. *Cùm intellectualiter probatum sit, Mundum corruptum fuisse propter peccatum primi hominis: Nam, quia homo, qui est similis Mundo per naturam; peccato corruptus fuit; oportuit & Mundum corruptum fuisse: quando corruptus fuit in eo, quòd præstantius erat. Nam, quemadmodum omnia corporis membra corrumpuntur, cùm corpus caput hominis amittit: ita oportuit totum Mundum corrumpi; quoniam præstantius menmbrum quod haberet, amisit; nempe hominē. Vnde, si vegetabilia, & irrationalia animalia non corrumperentur in natura; animalia rationalia, quæ ex illorum corrupta natura aluntur; vivere non possent. Quare, ut homo vivere posset; oportuit vegetabilia, & animalia irrationalia corrumpi. Quod cùm ita sit, probatum est manifestè, Mundum in genere, & per partes suas, corruptum fuisse propter hominis peccatum. Nam, ea omnia, quæ propter hominem creata fuerunt; corrumpi oportuit: quando, & homo ipse corrumpebatur. Nam, quilibet Vassallus, alteri subjectus, corrumpitur ad corruptionem Domini sui. Non tamen dicimus, (Domine Deus) Angelos in natura corruptos: sed, eo tantùm nomine, quòd animas, quæ propter hominis peccatum in interitum ruebant; in vitam æternam perducere non poterant; neq; bonum operari quod nunc operantur cùm Mundus recreatus est. Dicimus etiam (Domine) ob Adæ peccatum, corruptos Dæmones: quòd ei ad malum, & peccatum suasores fuerunt. Omnis enim creatura, quæ Creatorem suum offendit; corrumpitur.* Libro Comtemplat. Cap. 248.

Explicatur

Explicatur Lulli mens. Quia intelligit, Mundum, propter Adæ peccatū, totum fuisse corruptum: id est, deviatum à suo fine ad quem per hominem erat ordinatus. Et patet, ex simili de Vassallo, & Domino; & ex declaratione, quomodò Angeli, & Dæmones dicantur corrupti; & ex Textu. 48. Et quamvis vegetabilia, & alia irrationalia, ante peccatum essent corruptibilia in natura; ut sunt: tamen dicitur quòd oportuit ipsorum naturam corrumpi, secundum quòd homines corruptione violenti eorum, & diversa ab ea qua fuissent corrupta, si homo non peccasset; indigent. Quòd autem ipsa, ante peccatum corruptibilia essent; apud Lullum patet in Lib. *de Articulis fidei*, Cap. *Quod peccatum primorum parentum sit omnibus generale.* Vbi Lullus sic ait: *Deus creavit hominem ad vivendum, & non ad moriendum. Et vita, & mors, sunt contraria.* Et propterea hominis mors nō extitit; nisi postquam culpa præcessit. Quod si dicas, quod animalia bruta moriuntur sine culpa. Respondeo, quod ipsa fuerunt creata ad serviendū homini, secūdùm quod homo illis indiget. Quam servitutem non possent facere; si mortalia non fuissent creata &c. Si enim immortalia fuissent creata; ob nimiam multiplicationem, impedimento, & confusioni homini extitissent: ita, quod totus Mundus ea capere non posset: si Adam non peccasset. Quod, est inconveniens. Respōsio.

Articulus. 56. Eimerici.

QVOD, propter peccatum Originale, corpus hominis non est dignum quod sumat usum, servitium, & vitam de plantis; vel, de animalibus; quæ, sunt creaturæ Dei: in quibus non habet jus aliquis qui sit contra Deum. In Lib. de Articulis Fidei.

Et propterea, corpus non est dignum sumere usum, servitium, vel vitam plantarum, vel brutorum: quæ, sunt Dei creaturæ. In quibus nō habet jus aliquis qui sit contra Deum. Lib. de Art. Fidei Cap. *Quod primorum parentum peccatum est generale, quoad animam.* Textus Lulli.

Exponitur Lulli mens non erronea. Quia intelligit, quod ille qui est contra Deum; in creaturas non habet jus supernaturalis dignitatis: seu, quo, justus, & Dei amicus dicatur; seu dignus fiat illarum usu: quamvis humanū jus in illas habeat. Quod peccator jus humanū in sua bona habeat, secundū Lullum; colligitur ex Text. 78. 79. & Text. citandis in fine. Hæc Explicatio ex hoc eodem Textu 56. deprehenditur. Respōsio.

Articulus. 57. Eimerici.

QVOD, quia anima rationalis, est forma corporis; & movet corpus ad accipiendum vitam de plantis, animalibus brutis, & aliis rebus ei necessariis; movet corpus injustè, & contra jus, & rationem. Lib. de Articulis fidei. Et, quod ille qui est in peccato mortali; non habet jus in aliqua creatura. Lib. Proverb.

Textus Lulli. *Et quia anima est forma corporis; & movet corpus ad accipiendam vitam de plantis, animalibus brutis, & aliis rebus ei necessariis; movet injustè corpus, contra jus, & rationem: & ideò, in peccatum originale incidit.* Ibidem, ubi Text. 56. *Qui est in peccato, nō habet jus in aliqua creatura.* Lib. proverb. Parte. 1. Cap. 35.

Respōsio. Declaratur Lulli mens. Quia intelligit, animam, dum corpori infecto infusa est; illudq; informat, ac movet ad creaturarum usum; agere injustè, contra jus, & rationem inculpabiliter, & impunibiliter: eō quod naturales actiones corporis infecti Originali peccato, quamplures sunt inordinatæ, ac contra virtutes: ut explicat Lullus ipse in Lib. Sentent. Quæst. 90. & alibi.

Articulus. 58. Eimerici.

QVOD post peccatum Originale, Deus, & humanum genus fuerunt in magna contrarietate boni, & mali; virtutis, & vitii; veri, & falsi. Et illa contrarietas erat ita magna; quod Deus populum in Mundo non habebat. In Lib. Sentent. Quæst. 100.

Textus Lulli. *Post peccatum Originale, Deus & humanum genus, fuerunt in magna contrarietate boni, & mali; virtutis, & vitii: veri, & falsi; & sic de consimilibus. Et illa contrarietas ita erat magna; quòd Deus in Mundo populum non habebat: & totum Vniversum, Angelis exceptis, à fine deviatum erat, propter quem creatum fuit; sicut omnia corpora supercœlestia, & corpora inferiora; quæ creata fuerunt ad serviendum homini: ut per hominem servientem Deo, finem in Deo attingerent.* Lib. Sentent. Quæst. 122.

Respōsio. Mens Lulli explicatur non erronea. Quia intelligit Textum de tempore quod extitit post casum, ante quàm Deus Adamo remedia concederet reparationis ex Christi prævisis meritis. Quod sat est, ad verificandum Textū. Quod autem ante Incarnationem Deus, ipsa prævisa, concederet hominibus remedia salutis, & gratiam, secundum Lullum; patet ex Textibus. 33. &. 51. tum, ex Arbore Apostolic. Cap. *Quòd Iesus Christus descendit ad Inferos.* Vbi, sic habetur: *Anima Christi descendit ad Inferos; ubi erant Adam, & Sancti Patres, qui de hac vita præteriti erant.* Expresiores Textus vide in fine citandos.

Articulus. 61. Eimerici.

QVOD anima Iudei, & Sarraceni, qui credit esse in veritate; & non peccat mortaliter in peccato actuali; non habebit pænam spiritualem. In Lib. 17. Arbor.

Textus Lulli. *Et in hoc passu potest homo cognoscere, quòd anima Sarraceni, aut Iudei, qui credit esse in veritate; & qui non peccat mortaliter in peccato actuali, pænam non habebit spiritualem: sed habebit pænam per corpus; in quantum per ipsum perdiderit gloriam spiritualem.* In Flor. Arb. Apostol. Cap. *Quod peccatum Originale sit in anima.*

Mens

Mens Lulli exponitur non erronea: quia intelligit quod anima dicti Sarraceni habebit privationem gloriæ: sed non promeritam ratione sui; sed ratione corporis, à quo habet Originale peccatum. Sicut Chrystallus, posita super nigrum, induit nigredinem, non a se, sed ab illo super quo est posita. Sic explicat Lullus Textum. Et privationem gloriæ animæ pœnam non spiritualem vocat; quatenus non ab anima, sed a corpore provenit. Si autem anima Sarraceni cum peccato veniali, leviter culpabili, & punibili, decedat; pro illo pœnam Spiritualem habebit aliquam. Spiritualem, inquã, id est, ab anima ortam. Nam, peccatum sic veniale, Lullus sub mortali comprehendit: modo quo explicatum est ad Articulum. 59. Respõsio.

Articulus. 6 2. Eimerici.

QVOD nullus est homo ita vilis; nec ita peccator; qui, qualibet hora qua velit, non possit esse amicus Dei, & familiaris. In Lib. Contempl.

Articulus. 6 5. Eimerici.

QVOD Virtus est ita bona; & quantitate magna: quod omnis homo potest eam habere pro sua voluntate. In Lib. de Philosophia Amoris, & in Lib 1000. Proverb.

Quilibet homo, qui habere voluerit virtutes Morales, per virtutem mei Amati; potest tot, ac tantas habere; quot, & quantas voluerit. Lib. de Philosophia Amoris. Cap. 88. Textus Lulli.

Tam est virtus bona in magna quantitate; quòd eam quivis habere potest volens. Lib. de Centum Dei nom. nomine, *O virtus.*

Articulus 66. Eimerici.

QVOD nullus homo est, qui non possit multiplicare amorem suum, & velle, in quantum voluerit. In Lib. Contempl.

Tam æquum est, & conveniens homini quòd te diligat; quòd nullus est homo in Mundo, qui te nõn possit amare: & nullus est homo qui non possit augere, & multiplicare amorem suum, & suum velle in te, quantum velit. Lib. Comtemplat. Cap. 163. Textus Lulli.

Articulus 67. Eimerici.

QVOD de amore Divino quilibet habere potest, quantum voluerit. In Lib. Contempl. & in Lib. de Centum Dei nom.

Domine, Anima, quantum homo vult, potest te amare. Lib. Contemplat. Cap. 282. *Homo potest à Deo accipere, quantum vult amare.* Lib. de Centum Dei nom. nomine, *O Comprehendens.* Textus Lulli.

Articulus. 68. Eimerici.

QVOD quilibet homo poteſt contemplari quantum vult, & ubi vult. In Lib. Contemplat.

Textus Lulli. *Cùm cogitatio hominis tam libera ſit; quòd poteſt cogitare in quo vult; & quo vult tempore, & loco: miror valdè, Domine, quòd homines de te non cogitent.* Lib. Contempl. Cap. 149.

Articulus. 69. Eimerici.

QVOD quilibet homo de charitate, & ſpe habere poteſt, quantum vult. In Lib. de Contempl. & in Lib. 17. Arbor.

Textus Lulli. *Idcirco poſſunt homines tantum habere de charitate, & ſpe, quantum habere volunt.* In Arbor. Moral. de branchis, Cap. *de Spe, & Charitate.*

Articulus. 70. Eimerici.

QVOD homo poteſt venire ad ſalvationem per virtutes morales: & quòd quilibet homo poteſt habere de gloria Paradiſi tantum, quantum vult habere. Omni tempore quo eſt in iſto Mundo, poteſt eam ſibi procurare: & in omni loco quo ſit homo, poteſt eam lucrari. In Lib. de Articul. Fidei, & in Lib. de Contempl.

Textus Lulli. *Si non ſit recreatio; nullus homo per virtutes morales ad ſalvationem venire poteſt.* Lib. de Artic. Fidei, Cap. *Quòd ſit recreatio.*

Tantæ admirationis, & perfectionis eſt gloria Paradiſi; quòd eius quantum vult homo obtinere poteſt; & omni tempore quo homo eſt in hoc Mundo; poteſt eam procurare; & in quolibet loco poteſt eam lucrari. Lib. Contempl. Cap. 99.

Reſpōſio. Explicatur in prædictis Textibus Lulli mens. Quia illos intelligit de quolibet homine volente: ut exprimit ferè in omnibus. Quilibet enim volens, ſeu qui velit habere virtutem; poteſt eam, & tantam habere; quã, & quantam vult; ubi vult; & quando vult. Nam, hoc Velle, eſt ex gratia excitante, & ſufficiente. In Textu autem, in quo non exprimitur ipſum Velle; ſubintelligitur. Vt, in Prima parte Textus.66. & in 2. Textus.70. Nullo ergo Textu vult Lullus quòd quis, ſine gratia excitante, poſſit virtutem habere aliquã. Sed, quòd quilibet poteſt eam obtinere, quam vult. Quo declarat, ſe, de volentibus, & gratia excitatis tantùm loqui. Quia ipſi ſoli volunt. In quo, ſolùm prætendit aſſerere; virtutem ita obtentu eſſe facilem; quod Velle ſufficiat, ad eam obtinendam; quando cetera non poſſunt applicari. At, ſi demus, Lullum loqui in ſupradictis Textibus de quolibet homine, etiam pro eo tempore, quo nõ eſt Dei gratia excitatus: dicimus, loqui de poteſtate incompleta: quæ eſt, Intellectus, & volũtas: cõplenda autem per ſolam Dei gratiã. Nam, quilibet cõpos rationis, quolibet tẽpore talem habet poteſtatẽ. Et ſic, volet Lullus, quod quilibet, quolibet tempore, ad quãcumq; virtutem habendam

habendam, alio non indiget, quàm gratia Dei excitante, & adiuvante: cũ n sufficiat ipsa voluntas. Quod vero Lullus necessitatem gratiæ, ad Virtutem fateatur; patet ex Textu. 60. & ex aliis in fine citandis: quorum unus, hic esto: *Hominibus in peccato existentibus, qui secundum Dei Iustitiam, damnationem merentur; facit Deus gratiam; & argui non potest; si illam uni facit; & non, alteri. Nequit enim cogere suam voluntatem. Qui vult gratia donari, jam hoc per gratiam vult. Nam hoc, sine gratia, velle non posset. Heu me, cùm animadverto gratiam quam Deus facit illis, à quibus vult amari: & quot sunt illi, quibus gratiam non facit ut ab eis diligatur: tunc percipio, gratiam, esse donum maximi ducendum.* Lib. de Centum Dei nom. Nomine, O gratiam. Ad hoc idem, valet Textus relatus pro Prima Parte sequent. Textus. 70.

Quoad primam partem Textus. 70. explicatur Lulli mens; quia nomine virtutis Moralis, comprehendit etiam fidem, spem, & charitatem supernaturales: quæ etiam possunt dici virtutes Morales; ut distinguantur ab aliis quæ sunt vires naturales. Sic ait Lullus: *Branchæ Arboris Moralis, sunt septem virtutes: quatuor, sunt Cardinales; & tres, Theologales. Cardinales sunt, Iustitia, Prudentia Fortitudo, & Temperantia. Theologales sunt, Fides, Spes, & Charitas. Differentia est inter quatuor Cardinales, & tres Theologales: in quãtum per quatuor Cardinales se habet homo ad bene vivendum in hac vita; & quilibet homo eas habere potest; secundum quòd naturaliter trahere potest similitudines ex primis naturis trunci Moralis; quæ sunt confusæ, & dispositæ ad ducẽdum in actu. Sed tres virtutes Theologales haberi non possunt sine gratia Dei; & illas dat, cui sibi placet quia viæ sunt ad aliã vitam. Eas tamẽ dat libenter hominibus ornatis, & in dictis virtutibus Cardinalibus, quæ cum illis, scilicet Theologalibus, concordantiam habent.* Hæc Lullus, in Arbore Moral. Titt. *de Branchis.* Et Cap. *de Spe, & Charitate*, addit hæc: *Dictum est, de septem virtutibus Moralibus.*

Textus. 62. non fuit repertus apud Lullum. Si tamen reperiatur; ut suprá est intelligendus.

Articulus. 72. Eimerici.

QVOD, qui non facit bonum, quod potest facere; non videtur multùm Deum diligere. In Lib de Contempl. & in Lib. Centum Dei nom.

Qui non facit totum bonum quod potest facere; non videtur multum diligere veniam, qua Deus dat plus, quàm potest cogitari. Quando considero, me, magnum peccatorem esse: tunc judico expedire, me magno amore diligere Deum; qui, magnus est condonator. Lib. de Centum Dei nom. nomine. *O misericors.* Textus Lulli.

Explicatur mens Lulli non erronea. Quia intelligit, hominem facere totum bonum quod potest; idem esse quod, nullũ facere malum; eo quòd bonum hoc, & malum, opponantur. Bono autem huic aliquid superaddere; intelligit esse, facere maius bonum. Ad quod, neminem, verbis, nec mẽte astringit, sed tantũm, ad faciendum simpliciter bonum. Quod, si non faciat homo; malum incurrit; culpam, & pœnam: parũmq; diligit veniam. Respõsio.

Articulus. 73. Eimerici.

QVOD, tantùm eſt imputãdum homini potenti bonum facere, & nolenti: quantum, ſi faceret malum. Quia homo potens facere bonum; & nolens; ſemper eſt in culpa. In Lib. Contempl.

Textus. Lulli *Quaſi pro tanto debet reputari homini, potenti bona facere; & nolenti; ac ſi faceret mala. Quia, ſtatim eſt homo culpabilis; quando eſt potens bona facere; & non vult. Nam, quilibet, ad minus, poteſt habere voluntatem faciendi bonum; & evitandi malum.* Lib. Contempl. Cap. 46.

Reſpõſio. Explicatur Lulli mens, ex dictis pro Textu. 72. Et amplius: quia quodammodo tunc, quando quis non vult facere bonum quod facere tenetur in futurum; refunditur malitia mali in nolentem; ac ſi tunc illud malum faceret. Vt, ſi quis, die Iovis, nollet die Veneris abſtinere à carnibus; nec, die Dominica, audire Rem Sacram. Tenetur enim quiſq; habere voluntatem, ſaltèm virtualem, vel interpretativam, faciendi bonum ad quod tenetur: ſeu, non habere oppoſitam voluntatem.

Articulus. 75. Eimerici.

QVOD Deus eſt ita firmus ad indulgendum; quod nihil poteſt indulgentiã impedire, niſi deſperatio. In Lib. de Centũ Dei nom.

Textus Lulli. *Deus, tam firmus eſt ad indulgendum, quòd impediri non poſſit; niſi per deſperare.* Lib. de Centum Dei nom. nomine, *O Conſtans.*

Non eſſe erroneam Lulli mentẽ, vel inde cognoſcitur; quia nomine Indulgentiæ, intelligit finalem Indulgentiam: ut ſolet intelligi: & nomine deſperationis, ultimam deſperationem, quæ in impœnitentia finali involvitur. Et, ratione huius, dicitur indulgentia impediri ne fieri poſsit.

Articulus. 77. Eimerici.

QVOD, ſine charitate, non poſſumus habere aliquam virtutem; ſicut, ſine oculis, nõ poſſumus videre. In Lib. de doctrina puerili.

Textus Lulli. *Quemadmodum, niſi oculos habeas; nullas res potes videre: ſic, ſine charitate, non potes habere aliquam virtutem, nec ullam gratam voluptatem.* Lib de doctrina puerili, Cap. *de Charitate.*

Reſpõſio. Mens Lulli non erronea declaratur: quia intelligit Textum, de virtute grata; ſeu formata per charitatem: ut exprimitur per illud adiectivum, *gratam*: non autem, de virtute informi; quæ, ſine charitate poteſt eſſe: ut ait Lullus ipſe, Lib. Sentent. Quæſt. 113. & 114. & alibi.

Articulus 78. Eimerici.

QVOD, quia omnes homines eiuſdem ſpeciei ſunt; dignum eſt, quod homo diligat proximum ſuum, quantum ſe ipſum. Et, ſi non facit; eius amor eſt fallus, & deordinatus. Et, de hoc eſt Dei mandatum. In Lib. de Contempl. & in Lib. de 17. Arb. & in Lib. de doctrina puerili.

Et quoniam, Domine Deus, omnes homines sunt eiusdem speciei: æquum est, ut homo diligat proximum suum, sicut se ipsum. Cùm homo plus se ipsum amat, quàm te, & proximum suum; tunc in amore defectus, & perversio significatur. Quia, quod vile est; potius amat; quàm quod nobile: &, quod est par in genere, & specie; quàm aliud quod est eiusdem speciei. Lib. Contempl. Cap. 237. Textus Lulli.

Declaratur non erronea Lulli mens: quia sic intelligit Textum, sicut intelligitur præceptum: *Diliges proximum tuum* &c. A quo Textu verbis non differt. Dilectio enim habitualis per Charitatem, nequit esse, nisi per ipsam habitualiter (virtualiter saltem) homo dicatur diligere proximum quantum se ipsum. De qua planè Lullus loquitur: ut præceptum etiam de ea intelligitur. Quomodo enim potest homo diligere Deum (qui Deus, æqualiter omnes diligit; quatenus eiusdem sunt speciei) quin eosdem sic diligat homo? Videantur pro hoc Textu alii citandi in fine. Respõsio.

Articulus. 79. Eimerici.

QVOD illi, qui non diligunt pluviæ multiplicitatem, vel paucitatem, vel sterilitatem, seu siccitatem, caliditatem, frigiditatem, & alia quæ fiunt in Mundo similia; non diligunt opera Divina; sed, contrariantur Iustitiæ Divinæ In. Lib. Contempl.

Qui, vel pluviæ multitudinem, vel paucitatem non amant, (Domine Deus,) & nimium calorem, nimiam frigiditatem, nimium ventum, sive modicum odio habent: similiter, morbum, ærumnas, mortem, & alia huiusmodi incommoda; quibus, & nos punis; & Iustitiam declaras tuam; molestè ferunt: hi, neque opera tua amant; neque Iustitiam, ut deberent, venerantur. Lib. Contempl. Cap. 279. Textus Lulli.

Mens Lulli exponitur. Quia, qui, habituali saltem dilectione, non diligit, saltem virtualiter, prædicta: quomodò potest Deum, qui ipsa amat; diligere? Et, opera eius venerari, ut tenetur? Vel, quomodo; si impatiens est ad illa? Addit enim ibidem Lullus hæc: *Illi enim, qui in his non habent patientiam: tuo privantur, vel sunt privati, Amore.* Respõsio.

Articulus. 80. Eimerici.

QVOD homo debet amare Deum; quia bonus: non autem, propter ullam rem quam sibi donet: nec, propter indulgere suum peccatum; nec propter hoc quod non sit damnatus. Et, qui sic voluerit orare; sentiet se tam altum per suum amare, intelligere, & memorari; quod altius ascendere non poterit. In Lib. de Confesso. Contritione Satis. & Oratione.

Orator diligat Deum, quia bonus est; non autem, propter ullam rem, quam sibi donet: nec, propter indulgere sibi peccata: nec propter hoc quod non sit dãnatus. Et qui sic voluerit orare; sentiet se tam altum per suum amare, intelligere, & memorari, quòd altiùs ascendere non poterit. At, qui Deum orat magis propter Textus Lulli.

suum proprium bonum, quàm propter Deum; deficit: nec Deus vult exaudire eum qui plus diligit salvari; quàm Deo servire. Lib. de Oratione. Cap. de modo Orationis.

Respõsio. Explicatur Lulli mens. Quia solum intendit reprobare peccatum habituale: ut reprobat in Textu. 81. sicut satis verbis ultimis Textus. 80. declarat. Qui enim in peccato vult esse; & nihilominus timet Deum; & ab eo diligit dona; habituali voluntate peccati dictus amor, & timor dicuntur esse plus propter bonum proprium; quàm, propter Deum: & sic informes sunt; &, prout informes, reprobantur: sed non, prout per se boni existunt. Quod est, reprobare habituale peccatum, quod deformat omnia bona quæ sunt in peccatore. Sicut Charitas, illa informat; ut per ipsam ad Deum, finem ultimum, quodammodò ordinentur: sicut sic, per peccatum, ad creaturã, tamquam ad ultimum finem, referuntur. Videtur itaque Lullus loqui, iuxta dictum Philosophi: *Propter unumquodque tale; & illud est magis tale.* Sic, diligere Deum propter dona; est, diligere plus dona, quàm Deum. Quod, non provenit ex dilectione qua Deus ad dona diligitur: sed, ex habituali peccato, quo homo plus se, quàm Deum amat.

Ille autem qui diligit Deum, quia bonus; seu, super omnia; dicitur non posse altius ascendere, secundum speciem amoris: quia amoris species altior esse nequit. Non tamen negatur posse ascendere altius, secundum intensionem, & extensionem amoris: ad quam, apud Lullum, nõ referuntur, nec intelliguntur referri adverbia, & verba quæ significant amoris augmentum, vel decrementum; nisi ad illam exprimantur, aut subintelligantur referri. Quomodò non accipiuntur à Lullo in hoc Textu, neque in. 83. 73. 88. Pro quibus citabuntur alii in fine.

Articulus. 81. Eimerici.

QVOD illi, qui amant Deum propter hoc, ut det eis Gloriam cælestem, & bona temporalia; & timent Deum propter hoc, ut non det eis pœnam Infernalem, vel labores temporales; faciunt de prima intentione, secundam; & de secunda, primam: & eorum intentio est perversa, & falsa, & contra Dei intentionem. Et, quòd non est unus homo solus, qui fecerit tantum malum; sicut id quod fecit Mahometus: qui, tot homines misit in errorem. Et tamen maius malum sequitur, cùm homo nõ habet Deum, primam intentionem; quàm sit totum malum quod fecit Mahometus. Quia, maius bonum est in homine uno, qui fortiter diligit Deum, primam intentionem; quàm sit malum in omnibus hominibus, qui sunt damnati. In Lib. Intention.

Textus Lulli. *Illi qui Deum amant propter hoc, ut ab eo bonum accipiant; eumdemq; timent propter hoc, ne malum inferat eis: ex prima intentione, faciunt secundam: & ex secunda, primam. Et ideò, eorum intentio perversa est, & falsa; intentioniq; repugnat propter quam condita est. Quod cùm ita sit: quis judicabit intentionem sic*

deprava-

depravatam, infinita gloria donandam esse! In Dei intentione, nullus est homo, qui tantum malum fecerit; quantum fecit Mahometus: qui, tot homines in errorē induxit. Et tamen, maius malum sequitur, cùm homo non facit Deum primam intentionem; quàm sit totum malum quod fecit Mahometus. Sicut maius bonum est in homine uno qui fortiter diligit Deum per primam intentionem; quàm sit malum in omnibus qui sunt damnati. In Proēmio. Lib. 1. de Prima, & Secunda Intent.

Declaratur Lulli mens. Quia intelligit primam partem Textus, sicut suprà, partem primam Text. 80. Secundam autem intelligit de malo pœnæ, quod est in Mahometanis damnatis: cuius extitit causa Mahometus; quod malum, minus malum est, quàm carentia charitatis, seu peccatum mortale; qua, seu quo, prima intentio pervertitur in secundam; &, è contrà: ita ut omnia bona quæ sunt in peccatore; referantur quodammodo, (saltem, habitualiter) per peccatum, ad creaturam, tamquam ad ultimum finem. Sicut Charitas qua Deus diligitur per Primam Intentionem; est maius bonum, quàm sit malum pœnæ malum, in omnibus damnatis. Pro sic explicata mente Lulli, citabuntur alii Textus in fine. *Respōsio.*

Articulus 83. *Eimerici.*

QVOD inconveniens est, quòd verus amator, propter aliqua quæ faciat homini Deus, multiplicet, seu minuat suum amare. Quia, postquam Deus initiavit hominem amare, Bonitate, Magnitudine, Amore, & sic de aliis; & hominem contenplari Deum; non convenit quòd contrariare habeat posse in amare. Immo oportet esse tam magna magnitudo initiandi contemplari in amore vestito Bonitate, Magnitudine, Duratione, & sic de aliis; quòd nòn possit suum amare crescere, nec minui. Quia, si posset crescere, & minui; iam initiari, & contemplari, non intraret medium amoris. In Lib. de Arte Amativa.

Inconveniens est, verum Amatorem multiplicare, seu minuere suum amare, propter aliquid quod faciat ei suus Amatus. Num, ex quo principium principiavit Amico principiare de Bonitate, Magnitudine, Duratione, & Amore; &, ex quo Amicus suum contemplatur Amatum secundum decimam Regulam de Contemplatione: non convenit contrariare habere posse in amare secundum magnitudinē principiandi, & contemplandi in amare indutum Bonitate, Magnitudine, Duratione. &c. *Adeò enim magnum esse oportet; quòd ipsum amare, nec possit crescere, nec minui. Quoniam, si minui, vel crescere posset; principiare quidem, & contemplari, amoris medium non intrassent ad occidendum contrariari amandi.* In Arte Amativa. Fol. 62. *Textus Lulli.*

Hic quoque facile Lulli mens exponitur. Quia intelligit, verba, & adverbia significantia alimentum, vel decrementum amoris, quando ad eius intensionem, vel extensionem non exprimuntur; nec intelliguntur referri; tunc, ad eiusdem amoris speciem referri; quæ, in vero Amatore est maior *Respōsio.*

quavis alia. Et licet ipsa in eodem corrumpi possit; & sic, minui amor: tamen, remanente vero Amatore, nō potest corrumpi. Et, in hoc sensu, non posse corrumpi & minui, significatur per illa verba Textus: *Ex quo Amicus* &c. Et, per illa alia: *Ex quo principium principiavit* &c. Pro sic explicato Textu, citabuntur alii in fine.

Articulus. 92. *Eimerici.*

QVOD in Matrimonio generatur homo cum sanctitate. In Lib. Prov. Quod Matrimonium sic ligat; quòd nullus debet accedere ad uxorem suam nisi causa prolis. In Lib. Proverb.

Textus Lulli. *In Matrimonio generatur homo cum sanctitate.* In Lib. Proverb. Parte. 3. Cap. 18. *Matrimonium te ligat, quòd non debes uti uxore tua nisi propter intentionem prolis.* Ibidem. Cap. 18.

Respōsio. Non esse erroneam Lulli mentem, patet: quia primam partem Textus intelligit de sanctitate qua extrinsecùs per Sacramentum Conjugalis Status est sanctificatus: & in hac dicitur homo nasci: juxta illud Ad Cor. 7. *Sanctificatus est vir infidelis per mulierem fidelem: & sanctificata est mulier infidelis per virum fidelem. Alioquin, filii, immundi essēnt; nunc autem, sancti.* Deinde, Agustin. secunda pars Textus, apud Augustinum multis in locis, & apud alios plures reperitur. Aug. Lib. 2. de consensu Evang. Cap. 1. sic ait: *Complexus carnalis, propter solos gignendos filios adhibendus est.* Et Lib. de bono conjugali. Cap. 10. sic: *Concubitus necessarius causa generandi, inculpabilis est: & solus ipse, nuptialis. Ille verò, qui ultra necessitatem progreditur; non rationi, sed libidini obsequitur.* Quòd autem homo, secundum Lullum, nascatur in peccato, & sine sanctitate interiori, patet ex Textu. 55. 56. 57. 58. 89. 90. Ergo verba illa: *Nisi propter intentionem prolis*, non excludunt delectationem, nisi tamquam finem præcipuè intentum.

Articulus. 93. *Eimerici.*

QVOD existentes in Purgatorio, non possunt Deum tantùm diligere, sicut eum diligerent, si illas pœnas non sustinerent. In Lib. Orationum.

Textus Lulli. *Domine, magna pœna est, animam cruciari pœnis Purgatorii; & te diligere. Nam, propter pœnas quas sustinet; non potest te tantùm diligere, quantùm te amaret, si illas pœnas non sustineret. Et quia es dignus ut ameris magno amore; placeat tibi quòd omnes liberentur à pœnis Purgatorii; & ad te multùm diligendum perveniant ad æternam gloriam.* In Lib. Orationum, Oratione pro defunctis.

Respōsio. Mens Lulli planius explicatur. Quia intelligit, magnam pœnam esse, animam Purgatorii, diligentem Deum, ut diligit; privari eius beatifica visione. Quæ privatio, est gravis Purgatorii pœna. Nam, in amante, durum est privari præsentia personæ amatæ. Quam pœnam si anima Purgatorii non sustineret;

sustineret; Deo in Beatitudine frueretur: quæ est maior dilectio, quàm illa, quæ est sine fruitione, & visione. Et propter hoc, orat Lullus ut animæ a Purgatorio liberentur: videlicet, ut in visione Dei, ipsum plus diligat. Non enim censet; ipsum, plus quàm diligunt, posse diligere, sine visione beata.

Articulus 96. Eimerici.

QVOD omnes Articuli Fidei, & Ecclesiæ Sacramenta, & potestas Papę, possunt probari per rationes necessarias Demonstrativas, & evidentes. Et ipse Raimundus dicit, se probare per rationes quas adducit: & reputat esse tales. Sed, homines inscii, & peccatores, non intelligunt eius rationes. In Lib. Contempl. & in Lib. de 3000. Proverb. & in Lib de Planctu Raimundi.

Textus, ex quibus desumtus fuit prædictus Articulus; non intelliguntur à Lullo in sensu reprobato: sed, in alio probabili, forte, qui voce indiget ut declaretur: & sic declarari per nos exoramus. Alioqui, Prudēs ac Candidus Lector videat, si placet, Præludium secundum Primæ Sectionis, ut suprà, in hoc Memoriali, pag. 3. Respōsio.

Articulus 97. Eimerici.

QVOD Fides est necessaria hominibus insciis, rusticis, ministralibus, & non habentibus intellectum elevatum, qui nesciunt cognoscere per rationem; & diligunt cognoscere per Fidem. Et, quòd homines grossi ingenii, & illiterati, & inscii, diligunt cognoscere Articulos Fidei per fidem, & non per rationem; & faciliùs trahuntur ad veritatem Christianorum, per Fidem; quàm per rationem. Sed, homo subtilis, facilius trahitur per rationem, quám per Fidem. In Lib. Contemplat.

Multò meliùs potest quis hominem grossi ingenii educere ab errore, per authoritates, & miracula Sanctorum; quàm, per rationes, & argumenta naturalia. Nam homo grossi ingenii, faciliùs trahitur ad veritatem, per Fidem; quàm per rationem. At, homo subtilis, acutus, & aptus ad intelligendum; facilius trahitur ad veritatem, per rationes; quàm, per Fidem, & authoritates. Libr. Contemplatio. Cap. 187. Textus Lulli.

Non erronea Lulli mens explicatur. Quia intelligit, hominem rudem, facilius per fidem humanam, adhibitam Sanctorum authoritatibus, & miraculis; quám, per rationem, duci ad res fidei credendum, Divina Fide excitante, E contra verò, hominem subtilem, quia hic plus rationibus, quã authoritatibus invitatur, ad, Divina fide excitante, credendum. Rudis autem, plus authoritatibus. Quòd autem humana fides non sufficiat ad credendum supernaturaliter res Divinas, sine gratia Dei supernaturaliter excitante; tenet Lullus expressè Textu relato pro Textu. 70. & aliis citandis in fine. Respōsio.

Articulus. 99 Eimerici.

QVOD, interficientes Hæreticos, sunt injuriosi, & vitiosi, in suo memorari, intelligere, atque velle. Quia Hæretici, quando interficiuntur, moriuntur morte sensuali, & morte intellectuali. Et Christus, voluit quòd eius Discipuli, & Apostoli, essent homines simplices; &, qui non interficerent infideles propter hoc: ne, interficiendo eos sensualiter; morerentur etiam eorum animæ. Hæretici autem, & infideles, sunt eiusdem naturæ humanæ, sicut ceteri: pro qua natura humana Filius Dei assumsit carnem. In Lib. Contempl.

Textus Lulli. *Homines qui amant occidere Hæreticos; & diligunt quòd eorum animæ in ignẽ labãtur æternũ; hi homines sunt amatores mortis corporalis, & mortis spiritualis. Misericors Domine, homines qui amant mortem corporalem, & intellectualem sui proximi; amant in proximo id, quod non amant in se ipsis: & diligunt in se ipsis id, quod in suo proximo non diligunt. Et propter hoc, eorum intelligere, memorari, & velle, est injuriosum. Domine Iesu Christe, ad significandum quod homo non diligat mortem sensualem, voluisti tu mori; & noluisti occidere. Et ad significandum quòd homo diligat vitam intellectualem sui proximi; voluisti tu corporaliter mori: ut per recreationem daretur populo tuo vita spiritualis. Tu Domine voluisti, quòd Sancti Apostoli, & Discipuli ipsorum, essent homines simplices, & pauperes, & homines qui non occiderent Infideles: ne, morte corporali, simul morerentur eorum animæ æterna morte. Et totum hoc fecisti, Domine, ad hoc, ut tui Discipuli significarent amorem tuum erga tuum Populum. Domine, granum frumenti non potest fructum afferre; nisi sub terra mortificetur: sic homo nõ potest fortificare intellectuales sensus; nisi sensuales mortificẽtur: Vnde, cùm tu, Domine, diligas vivificare sensus tui Populi intellectuales; ad hoc voluisti tuos sensus corporales mortificari: tùm, sensus coporales Apostolorum, ac Martyrum: ut sic, intellectuales sensus ipsorum vivificarentur, ad vivificandos sensus tui populi. Vnde, cùm omnes homines sint eiusdem speciei; & tu ex ea carnem assumseris: & cùm tot homines sint infideles, qui te non agnoscunt, nec diligunt; propter hoc aliqui ex Christianis, non habent tam rectum intelligere, memorari, & amare; cùm diligunt mortem corporalem Infidelium; quàm habuerunt Apostoli, ac Martyres, qui mortem suam dilexerunt corporalem; ut ipsa Infideles illuminarentur ad salutem æternam.* Lib. Contempl. Cap. 303.

Respõsio. Non erronea Lulli mens explicatur. Quia, non prohibet occidere justè Infideles; ac velle ipsos interfici: sed, prohibet eos occidere, sicut prohibetur per Præceptum, *Non occides.* Quod, non prohibet justè occidere: sicut Præceptum, *de diligendo bona Proximi*, non præcipit ipsa injustè diligere. Mens prædicta patet ex modo loquẽdi; qui, sic intelligendus est ex se. Tum, ex eodem Libro, Cap. 34. ubi sic ait Lullus: *Si Caput Ecclesiæ tantum thesauri ex ipsa applicaret, quod sufficeret ad continuè movenda arma spiritualia, & corporalia contra Infideles, qui Ecclesiam volunt destruere; totus Mundus subjungaretur ipsi.* Et inferius, ibidem, addit: *Sed, plus amat Deus quòd Christiani*

moveant

moveant arma spiritualia; quàm corporalia, contra Infideles. Et, propter hoc, plures ex Infidelibus, tu Domine Iesu Christe, & Apostoli tui, converterunt ad Fidem, armis spiritualibus; quàm alii, armis corporalibus subjugaverint. Quòd Hæretici, apostatantes, & obstinati, justè comburantur; & puniantur morte; docet Lullus multis in locis: *Bonus (* inquit *) est ille ignis qui comburit Hæreticos*: in Arbore Exemplificabili, De Floribus Arboris elementalis: *Melior tamen (inquit) est Prælatus per charitatem; quàm per combustionem hæreticorum*. In Arbore Quæstion. De Radicib. Arboris Apostolicalis.

Conclusio Eimerici.

QVAMPLVRES, & quamplures alios Articulos ponit Lullus in suis libris, hæreticales, erroneos, & temerarios, & periculosos: qui, digni memoria non existunt: utpote qui nulla ratione apparente, vel colorata, fulciuntur: sed potius, temeritati, præsumtioni, ac voluntati propriæ, & ignorantiæ multæ, & imperitiæ innituntur.

Responsio.

Ex supradictis constat, quid de his quampluribus, & quampluribus Articulis non expressis, sit sentiendum; &, de modo loquendi Eimerici; & de iniquo eius animo adversus Lullum.

Citationes aliorum Lulli Textuum, quì erroribus hactenus Lullo adscriptis opponuntur, & explicant Lulli mentem. Numeri Romani, designant Folia Libri: & Algorismi designant supradictos Lulli Textus (vel, si mavis, Articulos Eimerici centũ) pro quibus, in Folio designato, unus, vel plures alii Textus reperiũtur.

Articuli, seu Textus, ex Libro Arboris Scientiæ, editionis Lugdunensis, Anni. 1515.

Tex. 10. fol. iij.
Tex. 70. fol. xlj.
Tex. 99. fol. xlij.
Tex. 56. xliij.
Tex. 71. 81. 76. fol. xliiij.
Tex. 65. 70. 62. 70.
fol. xlvi.
Tex. 99. 96. 80.
fol. xlvij.

Tex. 14. 98 15. 76. 52. 62. 41. fol. 48.

Tex. 15. 81. 52. fol. 50.

Tex. 96. 56. 2. fol. 51.

Tex. 91. 99 74. fol. 54.

Tex. 55. 81. 52. 76. 46. 2. 14. 14. fol. 55.

Tex. 71. fol. lvii.

Tex. 52. 32. fol. lviii.

Tex. 81. 70. fol. lxii.

Tex. 70. 76. fol. lxiii.

Tex. 70. 76. fol. lxiiii.

Tex. 70. 76. fol. lxv.

Tex. 81. fol. lxvi.

Tex. 82. 7. 77. fol. lxvii.

Tex. 77. 80. fol. lxviii.

Tex. 81. 56. fol. lxviiii.

Tex. 76. fol. lxxiiij.

Tex. 76. 52. 41. 11. 14. 90. 21. 22. 1. 22. 78. 21. 20. 9. 14. 1. fol. lxxvii.

Tex. 92. 7. 99. fol. lxxx.

Tex. 78. 81. fol. lxxxi.

Tex. 52. 32. 44. fol. lxxxii.

Tex. 22. fol. lxxxiiii.

Tex. 52. 34. 29. 19. fol. lxxxv

Tex. 56. 90. fol. lxxxvi.

Tex. 22. fol. lxxxvii.

Tex. 46. 32. 20. 46. 89. fol. lxxxviii.

Tex. 99. fol. xc.

Tex. 56. fol. lxxxxi.

Tex. 96. 59 77. 61. fol. lxxxxii.

Tex. 52. fol. lxxxxiii.

Tex. 70. fol. lxxxxiiii.

Tex. 29. 1. 22. fol. lxxxxv.

Tex. 70. fol. lxxxxix.

Tex. 1. 8. 22. 2. fol. cc.

Tex. 61. 51. 46. fol. j.

Tex. 52. 32. fol. 3.

Tex. 41. 45. 22. 1. fol. iiii.

Tex. 1. 29. 41. fol. v.

Tex. 32. 96. 1. fol. vi.

Tex. 41. fol. vii.

Tex. 41. 2. 22. 14. 9. 20. 1. 22. fol. viii.

Tex. 32. 15. fol. xii.

Tex. 7. fol. xiii.

Tex. 52. 70. fol. xiiii.

Tex. 8. fol. xv.

Tex. 14. fol. xvi

Ex Libr. Sententiarum editionis valdè corruptæ Anni. 1507.

Tex. 100. 96. fol. ij.
tex 22. 96. fol. iij.
tex. 96. fol. iiij
tex 41. fol. xxij
tex. 41. 1. fol. v.
tex. 2. 22. 9. fol. vj
tex. 5. fol. vij.
tex. 22. 98. 9. 1. fol. viij.

tex. 20. 14. fol. viiij.
tex. 22. 21. 20. 14. fo. xij.
tex. 80. 70. 41. 1. 15. 22. 14. fol. x iv.
tex. 1. 22. 21. fol. xvi.
tex. 22. 2. 19. fol. xvii.
tex. 96. 1. fol. xx.
tex. 84. fol. xxv.

tex. 40. 55. fol. *xxvij.*
tex. 33. fol. *xxvij.*
tex. 6. 2 fol *xxviij.*
tex. 33. fol. *xxx.*
tex. 2. 84. 32. 33. f *xxxiiij*
tex. 55. fol. *xxxvi.*
tex. 60. fol. *xxxx.*
tex. 1. 62. fol. *xxxxvi.*

Tex. 59 fol. l.
tex. 55. fol. lj.
Tex. 31. 33. fol. lij.
Tex. 50. 43. 47. 53. 32. 53. fol. liij.
Tex. 2. 32. 18. fol. liiii.
Tex. 32. 58. fol. lv.
Tex. 96. 32. fol. lvi.
Tex. 32. fol. lvii.
Tex. 32. 4. 18. fol. lviii.
Tex. 37. fol. lviiii.
Tex. 35. fol. lxi.
Tex. 70. 77. 52. fo. lxii.
Tex. 63. fol. lxiii.
Tex 77. fol. lxv.
Tex. 62. fol. lxviiii.
Tex. 80. fol. lxx.
Tex. 62. fol. lxxiii.

Ex Lib. Proverb. Editionis, & Anni 1516.

Tex. 84. 17. fol. j.
Tex. 84. fol. ij.
Tex. 8. 1. 84. fol. iij.
Tex. 11. 14. 22. fol. iiij
Tex. 19. 20. 41. 1. 51. fol. v.
Tex. 63. 25. 21. fol. vj.
Tex. 14. fol. ix.
Tex. 14. fol. xi.
Tex. 41. 57. 92. fol. xiiii.
Tex. 80. fol. xv.
Tex: 41. 63. 11. fol. xvi.
Tex. 11. fol. xvii.
Tex. 62. fol. xviii.
Tex. 81. fol. xix.
Tex. 76. fol. xxii,
Tex. 65. 81. fol. xxiii.
Tex. 22. 25. 21. fol. xxvi.
Tex. 32. 31. fol. xxviii.
Tex. 46. 79. 41. 63. 70. 1. fol. xxix.
Tex. 20. fol. xxx.
Tex. 7. 81. 35. 80. 46. 7. fol. xxxj.
Tex. 57. fol. xxxiii.
Tex. 1. 70. fol. xxxiiii.
Tex. 1. fol. xxxv.
Tex. 40. fol. lxj.
Tex. 40. fol. xxxxii.
Tex. 33 fol. lxxj.
Tex. 32. 29. fol. lxxii.
Tex. 46. 35. 45. fol. lxxiij.
Tex. 7. 18. 56. 99. fo. lxxi.
Tex. 56. fol. lxxviii.
Tex. 91. 90. fol. lxxviiij
Tex. 79. fol. lxxxi.
Tex. 98. 96. fol. lxxxij.
Tex. 80. 63. 2. fol. lxxxiii.
Tex. 2. 1. 32. 41. fol. 85.
Tex. 81. 77. fol. lxxxvi.
Tex. 56. fol. lxxxvij.
Tex. 70. 96. fol. lxxxviiij.
Tex. 56. fol. x c.
Tex. 56. fol. xc v.
Tex. 70. fol. xcvj.
Tex. 70. fol. xcvii.
Tex. 7. fol. xcviii.
Tex. 56. fol. xcviiii.
Tex. 81. fol. c v.

Ex Libr. de Philosophia Amoris, editionis & Anni. 1516.

Tex. 40. 76. fol. ix.
Tex. 62. 71. 2. fol. x.
Tex. 1. fol. xi.
Tex. 80. fol. xii.
Tex. 80. 1. fol. xiii.
Tex. 80. fol. xiiii.
Tex. 80. fol. xv.
Tex. 80. fol. xvi.
Tex. 80. 80. fol. xvii.
Tex. 80. fol. xviiii.
Tex. 1. fol. xxi.
Tex. 76. 1. fol. xxiiii.
Tex. 80. 65. fol. xxvii.
Tex. 80. fol. xxix.
Tex. 80. 66. 62. 80. fol. 32
tex. 82. 62. 64. 81. 70. fol. xxxiii.
Tex. 71. fol. xxxv.
tex. 80. 83. fol. xxxvij.
tex. 83. fol. xxxviii.
tex. 81. 76. 83. fol. xxxix
tex. 81. 1. 63. fol. xxxxvii
tex. 76. 80. fol. xxxxviii
Tex. 33. 62. fol. xxxxix
tex. 76. fol. lii.
tex. 76. 80. fol. liiij.
tex. 79. fol. lv.
tex. 80. fol. lvj.
tex. 40. fol. lviij.
tex. 76. fol ljx.
tex. 71. fol. lxiij.
tex. 2. 1. 40. fol. lxiiij.
tex. 1. fol. lxv.
tex. 100. fol. lxx.

Ex Libr.

Ex Libro. Blanquerna.

Tex. 36. 91. fol. j.
tex. 80. 82. 59. fol. iij.
tex. 82. 62. 71. 59. fol. iiij.
tex 82. 1. fol. v.
tex. 82. 62. fol. vii.
tex. 62. 45. 97. fol. x.
tex. 62. 80. fol. xi.
tex. 82. 81. fol. xii.
tex. 1. 52. 62. 32. 35. 47.
76. 1. 62. 71. fo. xiiii.
tex. 56. 62. fol. xvii.
tex. 56. 62. fol.. xviii.
tex. 56. 62. fol. xviiii.
tex. 62. 37. 62. fol. xx.
tex. 62. fol. xxii.
tex. 62. fol. xx iiii.
tex. 82. fol. xxvii.
tex. 79. fol. xxviii.
tex. 59. 32. 1. fol. xxix.
tex. 62. fol. xxxi.
tex. 52. fol. xxxii.
tex. 81. fol. xxxiiii.
tex. 82. fol. xxxvi.
tex. 91. 56. 82. fol. 37.
tex. 74. 96. fol. xxxviiii
tex. 80. 76. 62. fol. 41.
tex. 81. 80. 62. fol. xlii.
tex. 56, 62, 80. fol. xliiij.
tex. 80. fol. xlv.
Tex. 62. 80. 62. fol. xlvii.
Tex. 80. 56. 62. fol. l.
tex. 80. fol. lvij.
tex. 62. 52. 76. 62. fol. 59
tex. 53. 52. fol. lxj.
Tex. 32. 99. fol. lxiii.
Tex. 99. fol. lxiiii.
Tex. 96. 52. 76. fol. lxv.
Tex. 63. 52. fol. lxvi.
Tex. 52. fol. lxvii.
Tex. 62. fol. lxxi.
Tex. 76. fol. lxxii.
Tex. 96. fol. lxxix.
tex. 82. 83. fol. lxxxiiij.
Tex. 99. fol. lxxxv.
Tex. 56. fol. lxxxvi.
Tex. 80. 91. fol. lxxxvii.
tex. 32. 80. fol. lxxxviii.
tex. 82. fol. lxxxix.
Tex. 1. fol. lxxxxj.
Tex. 69. 71. 74 fo. lxxxxii
Tex. 81. 82. 74. 80. fol. 93
Tex. 76. 99. fol. xcv.
Tex. 76. fol. xcviiii.
Tex. 71. 82. fol. c.
Tex. 80. 81. fol. ij.
Tex. 62.. fol. iiii.
Tex. 1. 83 82. fol. vi
Tex. 76. 83. fol. vii.
Tex. 83. fol. ix.
Tex. 83. .fol. x.
Tex. 83. fol. xi.
Tex. 1. fol. xiii.
Tex. 83. fol. xiiij.
Tex. 1. 62. fol. xv.
Tex. 59. fol. xvi.
Tex. 91. 1. fol. xvii.
Tex. 100. 81. fol. xviij.
Tex. 83. fol. xix.
Tex. 1. fol. xx.
tex. 62. fol. xxii.
Tex. 32. fol. xxvj.
Tex. 45. fol. xxvii.
Tex. 1. fol. xxviii.
Tex. 62. fol. xxviiii.
Tex. 18. fol. xiii.
Tex. 32. 18. fol. xxxii.
Tex. 80 fol. xxxiii.
Tex. 22. fol. xxxiiii.
Tex. 90. fol. xxxv.
Tex. 62. 1. 32. fol. xxxvi.
Tex: 62. fol. xxxviii.
Tex. 91. 76. fol. xxxviiii.

Ex Libro de Laudibus B. Virginis.

Tex. 51. 52. fol. v.
Tex. 51. 52. fol. vj.
Tex. 52. fol. vii.
Tex. 32. fol. viij.
Tex. 36. fol. ix.
Tex. 32. fol. x.
Tex. 53. 52. 56. fol. xi.
Tex. 51. fol. xii.
Tex. 1. fol. xiiii.
Tex. 52. fol. xviii.
Tex. 81. fol. xix.
Tex. 74. 1. 32. fo. xx.
Tex. 36. 52. 81. 53. fol. 21
Tex. 62. 76. 62. fol. xxii.
Tex. 53. fol. xxv.
Tex. 52. fol. xxvii.
Tex. 98. fol. xxxvii.
Tex. 94. 62. 91. 96. fol. 38
Tex. 76. fol. xxxix.
Tex. 41. fol. xxxxj.
Te. 99. 33. 52. fo. xxxxii.

134.
Tex.77.53.45.53.fol.43
Tex.45. 53. fol. *xl*.v.
Tex. 53.52.76.fol.xlvi.
Tex.76.62. fol. xlviii.
Tex.71.fol. xlviiii.
Tex. 56. fol. l.
Tex.76. fol. lj.
Tex. 71.80. fol. liii.
Tex. 81.fol. liiii.
Tex.63. 80. fol. lv.
Tex. 80. 62. fol. lvi.

Ex Lib. de Contemplatione.

Tex. 80. 100. fol. ii.
Tex. 80.82.82. fol. iii.
Tex. 82.80.62. fol. iiij.
Tex. 62. fol. v.
Tex. 62. fol. vj.
Tex. 62. fol. vij.
Tex. 1.11. fol. viii.
Tex. 62.52. 1. fol. ix.
Tex. 1.23.76.35. fol. x.
tex. 1.76.1.80. fol. xi.
tex. 1. fol. xii.
tex.76. fol. xiij.
tex.96.1.93.81.fol. xiiii.
tex. 1. fol xvj.
tex.82.62. 1. fol. xvii.
tex.80.35.1.47.41.80. 20. 76. fol. *x*viii.
tex.61. xxi.
tex. 62. xxiiii.
tex.55. 1. fol. *xx*v.
tex. 80. fol. xxvii.
tex.80. fol. *xx*viii
tex.62.41 71.fol. x*xx*
tex. 82. fol. xxxi.
tex.81. fol. *xxx*ii.
tex. 80.62. fol. 33.
tex. 81. fol. 36.
tex. 81. 1.62. fol. 37.
tex. 82. fol. 55.
tex. 35. fol. 56.
tex. 82. fol. 61.
tex. 81. fol. 62.
tex. 82.76.46. 1. 82. f, 64
tex. 80. 82. fol. 65.
tex. 66. 80. fol. 66.
tex. 62. fol. 67.
tex. 80. fol. 68.
tex. 62. fol. 70.
tex. 62. fol, 71.
tex. 33. fol. 72.
tex. 63. fol. 77.
tex. 80. fol. 78.
tex. 62. 80. fol. 79.
tex. 80. fol. 80.

EX aliis libris Lulli, alii poſſunt citari Textus ad idem propoſitum; quorum quámplures citatos habemus in promtu. Sed hic, brevitatis cauſa, prætermittuntur. Et quamuis in uno folio unus Textus pro uno ex Centum citetur: ſæpè in eodem folio plures pro eodem reperiuntur.



TERTIA

TERTIA PARS,

De quibusdam aliis, quæ contra Lullum scribit Eimericus ibidem.

GREGORIVS XI. *condemnavit doctrinā Raimundi Lulli, phantastici, imperiti, qui totaliter Grammaticam ignorabat.* 1. Eimeri. Assertio.

Condēnationis Bulla, ab Eimerico divulgata, qua dicta Doctrina dicitur damnari; numquam fuit reperta, aut registrata in Regestis dicti Pōtificis: bis perquisita authoritate Apostolica: semel, vivente, ac præsente Eimerico Avinione, ubi data dicitur: & iterum post mortem eiusdem, Romæ, deportatis Avinione Romam duobus voluminibus dicti Anni Gregorij XI. iussu Gregorii. 13. Quæ volumina prædicti anni esse testatur Doctor Franciscus Peña, Romanæ Rotæ Auditor, in relatione quam produxit manuscriptam; postquam dicta volumina jussu Gregorii, 13. recognovit. Et, licet asserat, dicta volumina, manca foliis esse, ex vetustate, in quibus potest dicta Bulla extitisse: non est credibile: quia Registratores, & Perquisitores, qui, vivente Eimerico illa volumina recentia recognoverunt authoritate Apostolica; testantur publico instrumento numquā in ipsis voluminibus extisse prædictā Bullam. Item, quia folia illa non videntur deesse, in quibus oportebat registrari dictam Bullā; si vere à Gregorio XI. emanasset, iuxta diem suæ emanationis. Nam, si talia folia deessent; hoc quidem expresissset Peña; qui, pro Eimerico agebat: & hoc exprimere, ad rem suam, & Eimerici plurimum conferebat. Et quamvis non extitisse registratam dictam Bullam, non inferat infallibiliter falsam esse: tamen, simul consideratis erroribus, qui per ipsum contra Lullum dicuntur damnati, & reperti in libris Lulli per Magistros ultra viginti; nescio quomodò Apostolica censeri possit. Respōsio.

Lullus autem non est nominandus *phantasticus*; nec *imperitus*. Quippe qui non asseruit errores Primæ Partis: nec mentales, Secundæ, propter quos sic ab Eimerico nūcupatur. Quin immo, Lullus Librum scripsit contra *Phantasticos*; quem Concilio Vienensi præsentavit: & quo obtinuit fieri Decretum pro conversione Infideliū: quod extat in Clementinis; Lib. 5. Cap. 1. Præterea, Lullus vivens appellatur *Magister*, à Philippo Francorum Rege, Regiis literis Lullo datis in favorem; & a Cancellario Parisiensi, publica quadam, de quibusdam Lulli libris, Approbatione facta. Et ab Vniversitate Parisiensi, publico Instrumento de Approbatione Lullianæ Artis per Doctores quadraginta. Et post obitum, à Regibus Hispanis, Petro, Alphonso, Ferdinādo, Philippo. 2. Philippo. 3. & Carolo V. Imperatore, Regiis Privilegiis, pro Lulli Doctrina concessis. Nuncupabatur

pabatur adhuc vivens Lullus, Procurator publicæ utilitatis; Ille Magnus in Philosophia, ac Sacra Theologia Magister; Mirandarũ Artium, ac Scientiarum Author; Doctor Barbatus; Ille Magnus in Philosophia Catalanus; Doctor illustratus, Doctor Illuminatus, & Illuminatissimus appellabatur ab Illustrissimo Cardinali Archiepiscopo Toletano Francisco Ximenez.. Hæc constant antiquissimis Manuscriptis. Apud Baleares nominatus est semper Doctor Illuminatus, ac Martyr.

e. Eimeri. Assertio. Neque dicendum est, Lullum *totaliter Grammaticam ignorasse*: tum, propter supradicta; tum etiam, quia Lullus Artem Grãmaticæ edidit, atq; etiam Artem Rhetoricæ, quæ impressa circumfertur. Et in Arte Magna, & Arbore Scientiæ, de Grammatica, & Rhetorica tractat; & ad suam Generalem Artem reducit utramq;. Item, quamplura volumina Latinè edidit; & aliqua, Latinè se scripsisse exprimit. Ex hoc, & aliis, Sole clarius est, Lullum non sic ignorasse Grammaticam: sed, calumniam esse hanc nimis falsam, & temere ab adversario accumulatam.

Quam Doctrinam creditur habuisse à Diabolo; cum nec habuerit ab homine, nec humano studio: nec à Deo: cùm Deus non sit Doctor Hæresum, nec errorũ, Licet ipse Raimundus asserat in suis libris; quòd eam habuit in quodam Monte à Iesu Christo: qui sibi (ut dixit) apparuit crucifixus. Qui putatur fuisse Diabolus; & non Christus.

Respõsio. Imponuntur Lullo errores Primæ Partis; & fortasse mentales etiam Secundæ; & quod ipsos asserat fuisse sibi revelatos a Christo: & non solum ipsos; sed, quot quot scripsit Textus. Quod, quàm falsum sit, ex eisdem Partibus iam liquet. Quòd autem *Lullus ab homine didicerit*; colligitur ex Prologo Quæstionum ad Thomam Attrabatensem, ubi, sic ait: *In Christo Domino Deo, & Beata Virgine, Matre eius, dilectissimo suo Magistro Thomæ Attrabatensi, Raimundus Lullus, etc.* *Quòd, humano didicerit studio*; constat ex Præludio Lib. Sentent. quo sic incipit: *Raimundus, studens Parisiis* etc. Idem patet passim ex eius Libris. Tandem, solam Artem Generalem, ait se á Deo accepisse. Quomodò autem ipsam acceperit; non exprimit. Non eam accepit, prout ipsam scripsit: sed, prout ipsam concepit, forté, orando, aut meditando. Non dicit, quòd, quando Christus sibi apparuit; eam sibi contulerit: sed, tantùm exprimit, quòd est donum sibi à Deo datũ. Sanè Artẽ istam, ipse proprio studio, ac labore, ac suis, quibus potuit terminis, scripsit; explicuit; ampliavit: & ideò correctioni ipsam submittit. Fuitq; hæc Ars approbata ab Vniversitate Parisiensi: prout, sub titulo *Artis Brevis* nominatur. Et Lullus, sæpe in suis libris ait: *Quòd si errores in illis reperiantur, in re, vel in modo loquendi; suæ ignorantiæ attribuantur; & corrigantur.* Sic ait, in Prologo Artis Inventivæ Veritatis. Didicit ergo Lullus, partim à Deo; partim ab homine; partim, labore suo: sed, nõ à Dæmone: ut perperam inferebat Eimericus: instans, absurdiùs, quòd non

Christus,

Christus, sed Diabolus, Lullo apparuit: ex erroribus, quos Lullus non concepit, nec peperit.

Quæ doctrina duravit quousque Frater Nicolaus Eimerici, habens eam multum suspectam de hæretica pravitate; illam multo cum labore transcurrit. 2. Assert. Eimerici.

Doctrinam Lulli sic suspectam habuit Eimericus; fortassè, eò quod existimavit, Lullum, Alchimistam extitisse: & quædam volumina de Alchimia edidisse: & inde Lullum hæreticum suspicatus fuit, juxta ea quæ scribit ipse Eimericus in Directorio, Parte. 2. Quæst. 9. Sed, Lullus, Alchimista? Absit. Alchimistarum potius fuit capitalis hostis: passim in suis libris Alchimistas reprehendit; Alchimiã refutat, & impossibilem, ac chimericam asserit; & fallaces Alchimistas, & sæpe raptores: quos propterea monet cavendos, ac fugiendos. Nam, de Mirabilibus Lib. 6. de metallis, cap. ult. de *Alchimia*, dicit: *Impossibile esse*, per Artem convertere unũ metallũ in aliud, & *Lib. de Quæstionibus solubilibus* per Artem Inventivam veritatis, Quæst. 40. per totam dictam quæstionem probat, *impossibile esse, per Artem Alchimiæ convertere unum metallũ in aliud, seu in aurum verum. Licèt per aliqua accidentia, quod non est verè aurum; appareat aurum. Quæ accidentia paulatim corrumpuntur: & apparet metallum, aurum non esse.* Et sic ibidem concludit, *Alchimiam, chimericam esse: & non veram Artem.* Quod vero Libri de Alchimia, qui Lullo adscribuntur, non sint ab ipso; non solum ex dictis patet; sed etiam ex eisdẽ Libris. Nam, Libro *de Mercurijs*, cap. 40. ait Author dicti Libri, & aliorum qui Lullo adscribuntur; se in civitate Mediolanensi, quædam experimenta de Alchimia fecisse anno 1333. qui Author, Lullus esse non potest, qui obiit anno 1315. ut apud Baleares cõstat, & ex libris Lulli. Item, quoddam caput libri eiusdẽ, totum est contextum Hebraismis, & Hæbraica peritia; quà Lullus caruit. Item, dictus Liber, & alii de Alchimia, Lulli Doctrinæ repugnant; quæ sæpe asserit, *Elementa simplicia non posse ab invicem separari, & pura permanere.* Quod Libri prædicti de Alchimia sæpe fatentur posse fieri: & faciendi modum tradunt. Tandem, dicti Libri stylum non sapiunt Lullianũ. Fortasse fuerunt editi á Raimũdo Neophyto: qui, Rabbinus fuit: & postea, hæreticus, & Dæmonum invocator, nec non, Dominicanus: vel, á Raimundo Gaufredo, qui, Alchimista fuit, & de Alchimia Tractatus edidit. Vel, ab alio. Nam, certum est, non esse a Lullo. Respõsio.

Et pòst, præsentavit Gregorio. XI. viginti volumina: & eius mandato, fuerunt per viginti, & ultrà Magistros in Theologia, diligenter examinata. Et tandem, de consilio fratrum, ut verè hæreticalia, condemnata. Quæ Doctrina, continebat plusquàm quingentos Articulos erroneos: de quibus (ut prolixitati parcatur) centum præsentibus inseruntur. 4. Asser. Eimerici.

Iam hoc unum audire mihi videor, ab Eimerico Prudentem Lectorẽ exigere, de tot voluminibus: Quomodò, diligenter ea sunt examinata: si errores Primæ Partis non continent? Quomodò, á viginti, & ultrà Magistris in Theologia, tot defectus? Quomodò, sic damnata à Sede Apostolica, Respõsio.

 lica,

lica, á qua non censetur emanare, quod Grammaticali defectu est vitiatū? Ac multo minus, quod tot erroribus, & hæresibus est impofititium. Si centum præcipui, ex quingentis; vel, ex ducentis damnati sunt isti expressi: quid de ceteris existimandum? Non ergo cum tot defectibus potuit a viginti Magistris examen sic fieri: nec â Sede Apostolica emanare dicta condemnatio, contra prædictos errores, & Lullum. Quamvis aliqui, verbo tenus, sint erronei, vel æquivoci: & aliqui possint suspensione, vel interpretatione magis declarari. Addo, quód Bulla huiusmodi cōdemnationis, numquam fuit reperta, quamtumvis diligenter authoritate Apostolica per quisita: ut supra dixi Immo, licet registrata reperiretur; nihilominus, ob superiùs indicatos defectus, á surreptione nescio quomodo excusari posset, eo quod Eimericus non obtulit Gregorio. XI volumina Lulli ipsa, ut in se; sed, ipsa ut intitulata in quodam suo manuscripto; & sub quolibet ipsorum nomine, seu titulo, Articulos, tamquam ab eo volumine desumtos, sic, quod manuscriptum contineret nomina viginti voluminum Lulli, & ultra quingentos Articulos, tamquam ab eis abstractos; quorum centum præcipuos expressit in Directorio. Hoc enim esset, quod supra ait: se, multo cùm labore transcurrisse Lulli Doctrinam: & sic, quod ex hoc transcursu composuit; Gregorio. XI. præsentavit. Sicut, volumina Raimundi Neophyti non præsentavit Pontifici; sed, quos ex eis desumsit errores: qui, ut sic, præsentati, fuerunt de mandato Gregorio XI. Docto rum censuræ subjecti; & tandem, authoritate Apostolica damnati, Rescripto directo ad Archiepiscopum Tarraconensem. Sic contra Lullum factum fuisse, dicendum esset; si Bulla directa ad eumdem Archiepiscopū contra Lullum divulgata, reperiretur registrata in Regestis Pontificiis.

Ex supra dictis patet; quid censendum sit de his quæ Eimericus scribit contra Lullum in eodem Directorio, Parte 2. q. 26.

QVARTA PARS,

De corroribus, qui immeritò Lullistis adscribuntur ab Eimerico, in eodem Directorio, Parte 2. quæst. 9.

De Lullistis, & eorum erroribus.

Eimericus *ISTE Raimundus Lullus multos sequaces habuit; atq; habet hodie: qui, impudenter Doctrinam suam hæreticam, & perversam, atq; ab Ecclesia reprobatam, totis viribus sustinent, & defendunt: & defendētes, in varios incidunt*

incidunt errores. Qui; sequaces, Lullistæ communiter, ab ipso Raimundo Lullo appellantur. Hæreses, & errores istorum prædictorum, sunt isti.

1. Quod Raimundus Lullus dogma suum non habuit per hominem; nec per humanum studium: sed per revelationem Iesu Christi: qui, in Insula Maioricarum, in quodam monte sibi apparuit Crucifixus. Qui Dominus Iesus Christus illi contulit dogma antedictum.

2. Doctrina Raimundi Lulli excellit omnem aliorum Doctrinam, in bonitate, & veritate; etiam Augustini.

3 Quod Theologi moderni nostri temporis nihil sciunt de Theologia.

4 Quod Deus veram Theologiam à Theologis moderni temporis, propter peccata eorum, abstulit; & eam veris Lullistis contulit.

5 Quod omnes Doctrinæ destruentur, nisi Doctrina Raimundi Lulli, quæ perpetuo remanebit.

6. Quod tempore AntiChristi nos Theologi apostatabimus á fide; & tunc Lullistæ, per Doctrinam illius Raimundi, reducent Ecclesiam ad Fidem Catholicam.

7. Quòd Doctrina Veteris Testamenti, attribuitur Deo Patri: Doctrina Novi Testamenti, Deo Filio; sed, Doctrina Raimundi, Spiritui Sancto.

8. Quòd Doctrina Raimundi non potest haberi, nec per studium, nec per hominem: sed tantùm, per Spiritus Sancti revelationem.

9. Quod Doctrina Raimundi Lulli sic ab eius sectatoribus per revelationem Spiritus Sancti habetur; quod in 30. 40. 60. horis habetur.

10. Quód Doctrinam ipsius Raimundi nullus intelligit; nec intelligere potest; nisi Lullistæ ipsi.

11. Quod Dominus Gregorius Papa XI. qui Doctrinam Raimundi viginti voluminibus contentam, ut hæreticalē in ducentis Articulis Avinione in Consistorio condemnavit; totamq; generaliter, ut suspectam vehementer de hæresi, cunctis fidelibus interdixit; Sacrum Collegium quod censuit; Cardinalis Hostiensis, qui in illa causa Commissarius fuit; Magistri Theologiæ ultra viginti, qui ad condemnationem prædictam consilium præstiterunt; isti, Doctrinam istam non intellexerunt: decepti sunt; & turpiter erraverunt.

12. Quòd Raimundus prædictus, est in Cælis Beatus: & pro tali habendus a suis sectatoribus, & nominandus.

Primo Articulo imponuntur Lullo, & Lullistis, errores Primæ Partis, *Responsio.* & mentales Secundæ. Et, quod Lullistæ illos defendunt: &, quod asserūt fuisse à Deo Lullo revelatos, & simul omnes libros quos edidit. Quorum tamen nil asserunt: ut patet ex supradictis.

Vndecimo Articulo imponuntur Lullistis omnia, quæ in eo referuntur. Quorum verè nil Lullistæ asseruut: quia dicunt, & dixerunt semper; Bullā contra Lullum divulgatam, confictam fuisse: aut, subreptitiam. Adhuc enim Eimerico vivente, hoc ipsum confirmabant duobus publicis Instrumentis.

MM 2 Præterea

Præterea calumniose eis imponitur quod asserant, fide tenendũ, Lullũ esse Beatum in Cælis: cum ipsi solum dicant, hoc esse piè credendum.

Tandem ceteri Articuli, falso eisdem imponuntur: cùm nullus Lullista eos umquam asseruerit. At, dato quod aliquis aliquem protulisset, non propterea tot figmenta Lullistis omnibus sunt adscribenda.

QVINTA PARS,

De his quæ contra Lullum scribit P. Fr. Abraham Bzovius, Dominicanus, Tom. 13. Annal. Ecclesiæ, sub Anno. 1260. nu. 5. etc.

1. Bzovi. *EODEM pariter anno, scilicet, 1260, Alexander Quartus condemnavit errores, & putridas blasphemias Raimundi Lulli.*

Respõsio. Temerè nimis imponit *Bzovius* Lullo errores, 27. Iohannis de Parma; qui condemnati fuerunt ab Alexandro Quarto circa annũ 1260. ut patet apud Eimericum in Directorio, Parte 2. Quæst. jx. Nam Lullus dicto anno adhuc nil scripserat. Quippe qui circa annum Domini 1230. ortus fuit: & ætatis suæ anno. 30. ad Deum conversus est. Posteà denique cœpit scribere: sicut ipse docet in Lib. de Contemplatione. Scripsit autem usque ad Annum. 1314. ut patet ex Libris ultimò ab eo editis. & obiit anno Domini. 1315. ut constat apud omnes Baleares. Et Doctrina Lulli divulgata fuit per annos. 80. usque ad annum 1376. ut testatur ipsemet Eimericus in Directorio, Parte 2. Quæst. IX. Et Ars Lulli approbata fuit Parisiis per Doctores. 40. anno Domini 1309. Et plures alii Libri eiusdem, anno. 1311. per Cancellarium Parisiensem, ut cernitur in publicis Instrumentis.

2. Bzovi. *Lullus multa edidit opuscula, hæreseos crimine undequaq; referta: & , inter cetera, Libellum de Invocatione Dæmonum.*

Respõsio. Imponit satis incautè Bzovius Lullo hæreses, hæreseosq; crimina, & opuscula dãnata, inter quæ numeratur Libellus de Invocatione Dæmonũ. Quæ planè omnia, non a Raimundo Lullo, sed à Raimũdo Neophyto, Fratre Dominicano scripta fuerũt: & cõtra eũdem dãnata. Quã dãnationẽ vidit in Vaticano Doctor Frãciscus Peña, inter Registra Apostolica: testatus, esse damnata, non contra *Raimundum* Lullum, sed contra Raimundũ Neophytum, Dominicanum: ut patet in eius Scholiis super Quæst. 27. Partis 2. Directorii. Quod nihilominus ex eadem Quæst. satis aperte jam liquebat.

3. Bzovi. *Indubium est, Lullum hanc Doctrinam à Diabolo habuisse. Licet Lullus asserat, in quodam Monte à Christo sibi apparente in specie & forma Crucifixi, se prædictã*

Iterum imponuntur, Lullo volumina, & errores Raimundi Neophyti, & quod hæc habuerit à Diabolo Lullus; & quód asseruit se illa à Christo didicisse. Quibus toties superius jam satisfactum est. *Respōsio.*

Plusquam quingenti errores numerantur in Lulli Libris reperti. 1. affirmabat, Deum habere plures essentias. 2. Quòd Deus Pater est antequam esset Deus Filius. 3. Quòd Divina essentia non est ociosa, sed essentiat; natura, naturificat. 4. Quòd Spiritus Sanctus de Patre, & Filio est conceptus 5. Quòd hi, qui hæreticos supplicio afficiunt; sunt illis iniurii, & in minis obnoxii. 6. Quòd, quando Deus apparuit illi Crucifixus, pro seculi huius tenebris illustrandis; Artem istam sibi contulit. Imitatus est Lullus alios partiarios errores. 4. Bzovi.

Imponuntur Lullo errores Primæ Partis, & multò plures hic, universaliter: sed specialiter, 1. 11. 100. ex Prima Parte; & 2. 19. 99. ex Secunda, &, quòd asserat, Deum sibi omnes istos contulisse Articulos; tum, omnes quos scripsit Libros. Quæ, falsa esse, ex 1. & 2. Parte patet. *Respōsio.*

Petrus, Tarraconensis Archiepiscopus, authoritate Alexandri quarto Primus in Raimundum Lullum Ecclesiasticam censuram destrinxit. 5. Bzovi.

Imponitur Lullo censura Ecclesiastica quæ in Raimundum Neophytum fuit districta à prædicto Archiepiscopo, authoritate non Alexandri Quarti; sed Gregorii XI. Sic testatur Doctor Franciscus Peña suprá citatus num. 2. Nec potuit dictus Archiepiscopus quicquam agere authoritate Alexandri Quarti, qui plusquam centum annis eum præcesserat: nec dictus Alexander Quartus, contra Lullum: ut prædixi, nu. 1. *Respōsio.*

Bernardus Luzemburgus, in Catalogo Hæreticorum, & Prateolus, lib. 16. Cap. 2. confutant errores, & blasphemias Lulli; damnantq;. 6. Bzovi.

Imponuntur Lullo ab istis Dominicanis Scriptoribus simul, & a Bzovio, errores Raimundi Neophyti; & errores Primæ Partis, & alii plures: qui cōfutantur ab iis contra Lullum, ac si essent ab ipso: cùm sint à domestico socio suimet Ordinis. *Respōsio.*

SEXTA PARS,

De his quæ contra Lullū scribit *Bzovius*, Tom. 13. sub Anno. 1294. nu. 1. & in Indice suo.

NON modica seges eorum qui se attollunt ad arcana recondita, tum acri oculo pervestiganda, tum acri voce, & calamo, ab Adversariis Fidei Orthodoxæ defendenda; orta est. Et, si omniū seculorum temporibus; vel hoc tamen præcipuè, post Raimundum Lullum. 1. Bzovi.

Respōsio. Vbi est seges huiusmodi, post Lullum, seu à Lullo orta; mitte falcem, & mete. Nec sanè quid metas, reperies. Nam integré judicantibus, per somnium illam videre visus es: aut, evigilans, confinxisse. Nec verò Lullus, aut quisquam ex Lullo, sine Fide, & Dei auxilio præsumit arcana attingere.

2. Bzovi. *Lullus, homo perditæ memoriæ, scholam, erroribus, ante triginta, & aliquot annos, aperuit.*

Respōsio. Imputantur Lullo errores Iohannis de Parma, & errores Primæ partis, & multo plures: ac propter ipsos vocatur homo perditæ memoriæ; & ante triginta, & aliquot annos ipsis erroribus scholam aperuisse, scilicet anno. 1260. quo anno adhuc Lullus nil scripserat: ut præmissum est præcedente Parte Quinta, numero de, 2.

3. Bzovi. *Tenebris damnanda sunt, quæ tenebricosus ille errorum Magister Lullus inter mysteria proposuit.*

Respōsio. Iterum idem errores Lullo adscribuntur, quos is non asseruit; & propter hos nominatur errorum Magister, à Bzovio.

Index Bzovii. *Hæreses Raimundi Catalani. Raimundus Lullus hæreticus exortitur. Hæreses eius, ac blasphemiæ articulatim recensentur. Ab Alexandro quarto confutantur, damnanturq;.*

Respōsio. Omnia quæ suprà Lullo imposita sunt à Bzovio, & refutata adhuc à nobis; sic in eius Indicem relata fuêre: videlicet ne parum callidè composita à Bzovio, crederentur.

SEPTIMA PARS,

De his quæ contra Lullũ scribit *Bzovius* Tom. 14. sub Ann. 1312. nu. 17. 18. 19. 20. 21.

1. Bzovi. *VIVEBAT in Hispania id tempus Raimundus Lullus; censura Ecclesiastica, etiam post mortem, propter varios errores, notatus.*

Respōsio. Imponuntur Lullo censuræ Ecclasiasticæ duæ; una, ante mortem eius: & altera, post eiusdem mortem. Sed prima, si extitit; contra Iohannem de Parma fuit districta: secunda verò, contra Raimundum Neophytum; neutra, contra Raimundum Lullum. Imponũtur pariter Lullo utriusq; errores, & multiplices.

2. Bzovi. *Mirum valdè est, quomodò constare possit; Lullum à Christo sibi in formæ Crucifixi apparente, Doctrinam habuisse. Cùm Christus, qui, lux, & veritas est; nequaquam falli, neq; fallere potens, author errorum esse non possit.*

Respōsio. Iterum iidem errores Lullo imponuntur; & simul, quod asserat, se illos à Christo habuisse. Quibus jam anteà semel respondisse sit satis.

3. Bzovi. *Lullus, maiorem ætatis suæ partem consumsit in laiciniis.*

Gravis

Gravis, & falsa est ista impositio. Quia Lullus, ætatis suæ anno trigesimo, conversus fuit ad Deum: hoc est, anno Domini 1260. & in conversione perseveravit usque ad annum 1315. quo pro Christi fide Martyrium obiit. Constant hæc ex nu. 1. Quintæ Partis, & ex Prologo *Arboris Scientiæ*: ex Libro *de Planctu Raimundi*, & ex aliis eiusdem Lulli codicibus. Respõsio.

Lullus, Artem Amatoriam, Philosophiam Amoris, & de erroribus Fulgentii, & Libros de Alchimia, scripsit. 4. Bzovi.

Ex centum Libris, quos editos à Lullo numerat Carolus Bovillius, elegit Bzovius hos quatuor; ut suaderet, duobus quidem libris prioribus, Lullum de Amore lascivo scripsisse: tertio verò Libro, quòd imposuerit Divo Fulgentio errores, contra quos scripserit: & quarto, quod de Alchimia ediderit volumina, quæ apud bene scientes malè audiunt. Sed revera Lullus duos priores scripsit de Amore Divino: tertium, contra errores *Fulgerii*, ut tradit Bovillius; non, *Fulgentii*, sicut parum candidè refert Bzovius. Opera vero de Alchimia Lullus non scripsit, ut suprá, Tertia Parte, numero. 2. demonstratum fuit. Respõsio.

Lullus, Arabicum sermonem à quodam servo emptitio didicit: à quo paulò pòst, letbali vulnere in facie deformatus est. 5. Bzovi.

Nititur Bzovius deformare Lullum, non solum in mente; sed etiam in facie; corrumpendo Bovillii Textum, quem refert: qui, sic ait: *Et Lullo servus vulnus non letbale in pectore inflixit.* Quod Bzovius corrupit; ut Lullum plus deformasse gloriaretur. Respõsio.

Lullus, ad Nicolaum Quartum reversus, nil apud Summum Pontificem, postulando ut Artem suam Romę docere posset; profecit. 6. Bzovi.

Bzovius vult Lullum, anno. 1260. fuisse ab Alexandro. 4. damnatũ; ac propterea, Artem Lulli tunc fuisse prohibitam. Quod ut suadeat, corrumpit Bovillii Textũ, ubi sic aiebat: *Rursus Lullus ex Genua Romã, prioris supplicationis causa, reversus, scilicet petiturus à Summo Pontifice, & cœtu Cardinalium ut diversa per Mundũ fierent cœnobia, in quibus prudentes, & devotissimi, qui supplicia quæq; Tyrannorum pro Christo subire minimè expavescerent; in variis linguis, publicæ prædicationis causa, instruerentur; ob Ecclesiastica impedimenta. Ex intento nil obtinuit.* Respõsio.

Deinde Lullus, Bonifacio. 8. Pontifici, de Doctrina sua evulganda frustrà supplex fuit. 7. Bzovi.

Idem vult, & prætendit hic, quòd sub numero. 6. Bzovius: ac proptereá corrupit Bovillii Textum, ubi sic habet: *Cùm Bonifacius. 8. successisset: Romam iterum Raimundus rediit; eàdem, quæ prius, ab eo petiturus.* Respõsio.

Ad Clementem. V. de eàdem re, qua, & Honorium, & Bonifacium interpellavit: sed ab eo rejectus est. 8. Bzovi.

Idem quod supra nu. 6. & 7. vult hic Bzovius. Ac proptereá à Clemente V. fingit Lullum fuisse rejectum, tãquam ab Alexandro Quarto damnatum. Sed numquã Lullus fuit ab Alexandro Quarto damnatus: ut patet suprà, Respon. 5. nu. 1. nec à Clemente rejectus. Ab ipso quippe obtinuit Respõsio.

Lullus in Concilio Viennensi, fieri quod postulavit, scilicet Decretum pro conversione Infidelium: quod est in Clementinis, Lib. 5. cap. 1. Constat item ex Libro quem Lullus Concilio, & Clementi V. præsentavit, postulans fieri dictum Decretum.

9. Bzovi. *Lullus, Libro cudendo, in quo Fidei veritatem ostenderet, & quem cum Libris Mahometanorum componeret; incubuit.*

Respōsio. Bzovius vult significare; Lullum, mixtam Religionem voluisse componere ex Romana Religione, & ex Secta Mahometana. Et simul corrumpit Bovillii Textũ, ubi sic scribit: *Convenit tandē inter eos (scilicet Lullum ex una parte, & Saracenos, ex altera) ut ab utraq; parte Libri excuderentur; quibus, utra Lex melior, sanctior, ac verior esset, apertis, patentibusque rationibus ostenderètur. Iamque Raimundus sua ex parte plurimum in cudendo Librum profecerat.* Sic Bovillius. Qui quidem Liber extat; & penitus Sectam Sarracenicam evertit.

10. Bzov. *Nummorum viginti quinq; millia à Matronis Genuæ, prætextu ducendi exercitum in Saracenos, Terræ Sanctæ præoccupatores, corrasit Raimundus.*

Respōsio. Grave crimen Lullo imponit Bzovius; & Bovillii corrupit Textum, qui sic dicit: *Plurimæ Genuenses Matronæ, ac devotæ mulieres, viginti quinq; millia nummorum Lullo, in auxilium recuperandæ Terræ Sanctæ, promiserunt.*

11. Bzovi. *Lullus, ad Concilium Viennense accedens, Clementi. V. Et Patribus, proposuit, ut studia Linguarum ubique struerentur; & nihil à Pontifice, & Patribus obtinere potuit.*

Respōsio. Improperat Bzovius, 'quod Lullus nihil post supplices preces, obtinuit. Atqui, quod petiit, videlicet Decretum pro variis Linguis addiscendis pro Infidelium conversione, sicut dixi suprà, numero. 8. obtinuit.

12. Bzov. *Prodidit Eimericus, Raimundum Lullum fuisse mercatorem; non Regiis Magistratibus Illustrem: hominem autem, Linguæ Latinæ omnino ignarum; cui non Christus, sed aliquis transfigurans se in Angelū lucis, apparuit: variisq;, ac crassissimis erroribus mentem illius confudit: planè ut quingenti errores ad minimùm, in eius Commentariis numerentur: adeò ut postea, Gregorio XI. Pontifice, opus fuerit conquiri jubere, & flammis edacibus illos adjicere. Quemadmodum evidens est ex dicto Gregoriano.*

Respōsio. Repetuntur in Lullum errores Primæ Partis, & multó plures: & quod Lullus ipsos acceperit à Dæmonio; & quod Dæmon ei apparuit sub specie Crucifixi: quodq; eum Lullus Christum vocat. Improperatur quoque Lullo quod non fuit Illustris, sed mercator, & imperitus etiam Linguæ Latinæ. Sed Baleares omnes Illustrem Lullum agnoscunt, & peritum: ut suprà constitit, Parte Tertia, nu. 1.

2. Bzovi. *Cùmque posteà didicisset Gregorius XI. inter alios Raimundi Lulli Libros, unum quemdam, Catalano idiomate ab eo scriptum; sed, multis erroribus, & hæresibus refertum, Barchinone asservari: scripsit Vicariis Episcopi Barchinonensis, qui illum mitterent examinandum, & comburendum.*

Respōsio. Informatio, quam Eimericus dedisse dicitur Pontifici contra dictum Librum

Librum Raimundi; nitebatur erroribus Primæ Partis, & mentalibus Secundæ, & ex illis est judicandum, an vera fuerit. Nec sciri potest, an talis Liber extiterit.

Porrò Nicolaus Eimericus viginti volumina, eodem Catalano idiomate à Raimundo scripta, Gregorio XI. Avinione præsentavit. Quæ ille, Petro Cardinali Hostiensi, & viginti Magistris Theologis, censenda commisit. Cumq; illi, à multa disquisitione, ducentos erroneos, & hereticales, in eisdem Articulos reperissent: eos Gregorius damnavit, datis Literis Avinione. 8. Kalen. Febru. Anno Pontificatus, vj. 14.Bzov.

De his censendum, ac judicandum, ex Prima & Secunda Parte jam præmissa superiùs. Respõsio.

Meminerunt eiusdem Raimundi, Genebrardus, in Chronolog. Bernardus Luzzemburg. in Catalago Hæreticorum: Prateolus, in Lib. de vitis, & sectis Hæreticorum; Gualterius in Chronolog. Mariana de rebus Hispaniæ; Nicolaus Eimericus, in Directorio. 15.Bzovi.

Omnes prædicti Scriptores, qui Lullum inter Hæreticos numerant: putant ipsum fuisse Raimundum Neophytum; & sic, errores Neophyti, Lullo imponunt; & errores Primæ Partis, & multo plures, cum Eimerico. Cum eisdem fallitur Bzovius. Respõsio.

Bovillius non obscurè insinuat, Lullum, hominem, ex amante, amentem factum. 16.Bzov.

A Bovillio Lullus, antequam ad Deum converteretur, dûm illicito ardebat amore, ex nimiò amore, amens vocatur: ut solet peccator, amens vocari. Sed Bzovius Lullum ad Deum conversum, & jam solum Deum amantem, vocat amentem. Respõsio.

A tot Romanis Pontificibus Sanctissimis, & Doctissimis immò nec ab ipso OEcumenico Concilio Viennensi, nec a Rege Galliæ, quidquam postulando obtinuit Lullus. 17.Bzov.

Improperat Bzovius Lullo, quod á supradictis non obtinuit quod petijt. Sed, jam suprà patet, postulata obtinuisse: & a Rege Galliæ, commendatitias Literas authenticas impetrasse: quæ extant. Respõsio.

Lullus, variis in Civitatibus, per subtilitates captiosas, novam quamdam Doctrinam, ab omnibus damnatam, proscriptamq;, condere voluit. 18.Bzov.

Hæc dicit Bzovius dé Lulli Doctrina; putans, errores Primæ Partis, & mentales Secũdæ, à Lullo esse. Verum ab eo non esse, patet ex suprà dictis in Prima Parte, & Secunda. Respõsio.

Quod Lullus in Africam trajecerit; ibidemq; Christi legem docuerit; maximum argumentum est, eum ex commentariis damnatis docuisse. Nisi fortè quispiam dixerit; illum aliud docuisse. Istud porrò si verum, quod errores conscriptos, Sarracenis evulgaverit; illi viderint, qui nomine Martyris illum dignãtur; an honores, qui Martyribus pro veritate occumbentibus debentur, ille ex censu Catholico mereatur: &, an potuerit veris miraculis illustrari. 19.Bzovi.

Accumulantur Lullo errores Primæ Partis, & mentales Secundæ, & alii Respõsio.

plures; necnon, errores Raimundi Neophyti, & Iohannis de Parma: & quòd eosdem Lullus evulgaverit Saracenis: & quod, non pro veritate Catholica, sed quod pro huiusmodi falsitate occubuerit. Et sic, quod nullo honore est dignus, sed damnatione perpetua. Quæ quidem omnia, quia refutata jam fictione nituntur; nova responsione non indigent.

20. Bzov. *Sed, de eodem Raimundo, ista non parva conjectura. Quid illi, cum Genuensium Matronis, è quibus vigintiquinq; millia nummorum emunxit? Quid Eremitæ, cum Bello Sacro? Quid Solitario, cum vagabundo excursu? Ad matronas? Ad corradendū aurum? Tantum aurum, invitis maritis? Quid? si tantum aurum potuerat conquirere; cur Pontifex, Bello Sacro intentus, eius opera non est usus? cur hominem rejecit, contemsitque?*

Respōsio. Crimina architectatur Bzovius gravia cōtra Lullum: quibus illum variè colaphizat, quasi Angelus Satanæ pristinum Paulum. Et hæc ficta animo crimina, asserit ille, conjecturam non parvam esse, ad asserendum quicquid ipse supra cogitando finxit, atq; iterum finxit, & amplius fingere, ampullis, & sesquipedalibus verbis promittit.

OCTAVA PARS,

De his quæ contra Lullum scribit *Bzovius* Tom. 14. sub Anno. *1372.* à nu. 9. usq; ad 28.

1. Bzovi. *NON deerant in Hispania, qui phanaticos Raimundi errores, illius, quem Lullum Catalani vocant, ab Orco evocarent.*

Respōsio. Adhuc Bzovius felem pro cuniculo capit: videlicet, Raimundum Lullum, pro Raimundo Neophyto Dominicano: quem, pauló infrá vocat hominem phantasticum; & eius errores, appellat phanaticos, & hîc, Lullo, ac Lullistis eos imponit. Qui quidem errores hoc anno, 1372 damnati fuerunt à Gregorio XI. ut constat ex Directorio, Partè 2. Quæst. 10. & 27. & in Commentariis super easdem Quæstiones.

2. Bzovi. *Sparguntur in Hispania Raimundi Lulli errores.*

Respōsio. Iterum phanatici errores Neophyti, Lullo imponuntur.

3. Bzovi. *Lullus, cùm literarum omninò expers; esset; ut vix nec Latinè quidem sciret; sermone patrio viginti, & amplius volumina justi ponderis evulgavit: eaq; se divinitus accepissè confirmat, in monte, objecta Christi Dei specie, quasi Crucifixi.*

Respōsio. Rursus imponuntur Lullo errores Primæ Partis, & mentales Secundæ, & multo plures. Hoc enim significatur per illa verba, *justi ponderis. Item, quòd Lullus asserat; se, dicta viginti volumina, cum supradictis erroribus, à Christo*

Christo accepisse. Quorum nihil Lullus asserit, ut patet ex Prima, & Secunda Parte.

Quingenti errores de Religione, ex Libris decerpti, nihilominus Gregorii XI jussu, Avinione anathematis ignominia notati fuere. 4. Bzovi.

Gratis imponũtur Lullo errores Primæ Partis, & mentales Secundæ; & plures alij. Et quòd contrà Lullum dãnati fuerint, nescio qua damnatione. Respõsio.

Raimundus Lullus, Catalanus, monachus, Tuneti in Africa multa scripsit de rebus nimium curiosis. 5. Bzovi.

Imponuntur Lullo Libri *de adoratione, & invocatione Dæmonum*, editi à Raimundo Neophyto, qui de rebus ipsis nimium curiosis scripsit. Iam verò Lullus, nec Monachus fuit; nec in Africa scripsit; nisi Librum contra Sectam Saracenicam, pro Fide Romana: qui adhuc extat. Respõsio.

In libris Lulli annotati fuere plusquàm quingẽti errores: scilicet, Deum habere plures essentias. Patrem, priorem esse Filio. Spiritum Sanctum, conceptum esse ex Patre, & Filio. Quæ tamen omnia, hæretica, & plusquàm Diabolica audacia, asserebat, se à Christo, sibi apparente in specie Crucifixi, accepisse, ut totum Orbem à tenebris, quibus detinebatur, liberaret. 6. Bzovi.

Imponuntur Lullo sic universaliter errores Primæ Partis, & mentales Secũdæ, & alij plures: specialiter. 1. 11. 19. Et quod asseruerit sic, audacia diabolica, se illos omnes á Deo accepisse, ad liberandum &c. Quas, meras esse calumnias, suprà perspeximus. Respõsio.

Anno circiter 1260. in medium prodiit hic histrio, Raimundus Lullus; qui, multos sparsit libellos; dictitans, Iesum Christum in forma Crucifixi, sibi apparuisse: seque ex eius ore doctrinam suam accepisse. Vi verum fatear, libelli Lulli, Magia sunt permixti; plusquàm quingentis erroribus contaminati. 7. Bzovi.

Imponuntur immerito Lullo errores Primæ Partis, & mentales Secundæ, & alii plures: & Libri Magici Raimundi Neophyti: & quod omnia hæc affirmet Lullus, se accepisse à Christo. Respõsio.

In primis, asserebat Lullus, Deum habere plures essentias. Blasphemia, Lullo communis cum Beza. Propositio Bezæ, contra Vnitatem essentiæ Dei, non Bezam minus, quàm Lullum adigit, ad se Tritheistam profitendum: hoc est, ad constituendos tres Deos. Satius enim multò utrique fuisset, mentem suam, ac linguam vetustis Christianæ veritatis finibus concludere. 8. Bzovi.

Imponitur Lullo error primus Primę Partis: & nimis temerariè conflatur contra eumdem. Satis multò fuisset conflatori intra limites Christianę veritatis debacchãtem calamum cohibere. Respõsio.

Asserebat Lullus, Deum, Patrẽ, esse, antequam esset Filius. Arrianismi singuli, quibus, in Arrianorum collatione docui implicitũ esse Calvianismum; Lectori nullo negocio indicabunt, quàm multiplici jactu eumdem in scopum Calvinus, vel imprudens collimarit. 9. Bzovi.

Imponitur immerenti Lullo error 11. Primæ Partis: & graviori calumnia, Arrianimis, & Calvinismis extenditur, ac dilatatur, contra eumdem Lullum error alienus. Respõsio.

 Asserebat

10.Bzovi. *Asserebat item Lullus, Divinam essentiam, cùm ociosa non sit, essentiare: naturam, naturificare; Bonitatem, Bonificare, etc. Est hic error, modo quodam, cum praecedenti copulatus: & ex reali distinctione essentiarum profectus. Quò fit ut, sicut Beza, cum Lullo, ad ponendum fundamentum illud conspiravit: ita, & ipsum cum eodem ad superaedificandum hoc Babylonium aedificium, conspirare necesse sit. Adde, quòd Assertio Doctoris Hungnostici in cap. de Ioachimo Abbate memorati, qui ante aliquot annos Montilii asserebat, Trinitatem generare; non abest propiùs à vero, quàm Lulli insania.*

Respōsio. Nequicquam imponitur Lullo error mentalis Secundæ Partis: & nimis inconsideratè ducitur, ac producitur in alium errorem de pluribus divinis essentiis in Bezam, Hungnosticum, Montilium, Ioachimum, ad ædificandum impositium ædificium, impositionibus, quasi lapidibus jactis in Lullum.

11.Bzovi. *Asserebat praeterea Lullus, Spiritum Sanctum esse conceptum de Patre, & Filio.*

Respōsio. Rursus imponitur Lullo mentalis error 19. Secundæ Partis.

12.Bzov. *Asserebat etiam Lullus; crimen esse, & injustitiam, haereticos ulcisci. Sed, crudelitate inspecta Calvini, quis ansam habebit idoneam ut illam judicet Raimundi Lulli deliramentis deteriorem, ac pestilentiorem?*

Respōsio. Gratis imponitur Lullo mentalis error 99. vnde prudens spectator ansam habet idoneam dignoscendi, numquam extitisse calumniam, hac ineptiorem.

13.Bzov. *De hoc Lullo scribunt, Prateolus, verbo, Raimundus Lullus, Nicolaus Sanderus, haeresi. 157. Sed nemo certius, quàm ipse Eimericus.*

Respōsio. Eimericus versutè Lullo imponit errores Primæ Partis, & fortè mentales Secundæ, & alios plures: quibus superaddunt Prateolus & Sanderus, errores Raimundi Neophyti.

14.Bzov. *Posteà, Gregorius XI. in Consiliario etc.*

Respōsio. Bzovius hic repetit in Lullum omnia quæ eidem Lullo Eimericus imposuerat, seu adscripserat.

15.Bzov. *Hoc anno. 1372. Pontifex Gregorius, omnibus Inquisitoribus datis Literis pag. 131. ut Libros jam examinatos Raimundi Lulli, damnatosq;, exurerent, praecepit: necnon Gregorius ipse eo ipso anno, Raimundi Neophyti Libros haereticales reprobavit, pag. 197. in minori volumine, anni. 2. secretorum.*

Respōsio. Imponuntur Lullo Libri hæreticales Raimundi Neophyti; & simul, dānatio qua dicto anno fuerunt à Gregorio. XI. damnati: ut perspicuè citatis in locis se vidisse testatur Doctor Franciscus Peña super Directorium.

16.Bzov. *Scripsit Raimundus Lullus Librum de Invocatione Daemonum; qui incipit, Misericordia, & veritas: & alium quēdam, qui incipit: Vtrum cuilibet Infideli: & alia quaedam opuscula haereticalia.*

Respōsio. Imponuntur Lullo volumina hæreticalia; & de *Invocatione Daemonum*, quorum author unicus est Raimundus Neophytus frater Dominicanus.

17.Bzov. *Haereses in Opusculis Lulli contentae.*

Quod

1. *Quòd Beata Maria, mater Christi, in conceptione Filii sui, sic fuit gratia plena, quòd ex tunc in gratia non profecit, nec proficere potuit.*

2. *Quòd Spiritus Sanctus in die Pentecostes, veniens in Beatam Virginem Mariam, & in Apostolos, gratiam nullam contulit B. Mariæ; sed Apostolis. Quia sic erat gratia plena; quòd in gratia proficere non valebat.*

3. *Quòd perversum dogma impiissimi Almarici, Sabellii, Arrii, & aliorum hæreticorum, non est hæresis de se; nisi tantùm apud illum qui ipsum eligit animo pertinaci.*

4. *Quòd licitum est; Creaturas adorare honore & adoratione latriæ, meritoriè; si repræsentent suum Creatorem.*

5 *Quòd licet Dæmones adorare, & honorare latria, meritoriè: si repræsentent suum Creatorem.*

6. *Quòd non tantum absq; vitio hæresis, immò absque ullo peccato, possunt homines adorari dulia; nisi quia prohibitum est per Ecclesiam Dei.*

7. *Quòd æquè, & melius potest sacrificans Dæmoni, excusari ab idolatria; quàm Christianus adorans imaginem Christi, vel Sanctorum.*

8. *Quòd de Iure naturæ, adoratio, & sacrificium debetur Dæmonibus.*

9. *Quòd, qui suppliciis Deum negant ore; sed corde adorant, non solùm non peccant, sed immò sunt digni remuneratione.*

10. *Quòd laicus non tenetur ad aliquem Fidei Articulum explicitè credendũ: sed sufficit sibi ista conclusio in genere: Quòd credat omne illud quod credit Sancta Mater Ecclesia Dei. Et ideò, quòd si laicus credat, vel teneat oppositum alicuius Articuli, ex ignorantia, & tentatione Diaboli; non peccat.*

11. *Quòd omnis inobediens præceptis Dei, vel Ecclesiæ, est hæreticus censendus.*

12 *Quòd omnis peccans mortaliter, est hæreticus.*

13 *Quod omnis peccans, ut peccat, conformat suã voluntatẽ volũtati Divinæ.*

14. *Quòd tantùm placent Deo mala, quantum bona.*

15. *Quòd tantùm placuit Deo Iudæ desperatio; quantum, Petri contritio.*

16. *Quòd nullum Legis præceptum in hac vita potest adimpleri.*

17. *Quòd in hac vita, à nullo viatore, ut viator est; charitas potest haberi nec aliqua virtus.*

18. *Quòd absq; charitate infusa, Deus potest diligi super omnia meritoriè, & absq; ea, haberi vita æterna, de lege communi, & secundum leges nũc currentes.*

19. *Quòd quis sine charitate, non potest esse fidelis: & per consequens peccans mortaliter, & non habens charitatem, est propriè hæreticus: quia peccat contra primum Articulum Fidei.*

20. *Quòd omnis peccans, in eo quod peccat, conformat suam voluntatem voluntati Divinæ. Et quòd homines æque conformant suam voluntatem voluntati Divinæ, demerendo; sicut merendo; loquendo de voluntate beneplaciti Dei.*

21. *Quòd tantùm placet Deo, voluntate beneplaciti, Iudæ desperatio; quantũ, Petri contritio: &, tantùm, aliquem esse infidelem; quantùm, esse fidelem: & tantum, mala esse; quantùm, bona.*

22. *Quod Secta iniqua Mahometi, est æquè Catholica; sicut Fides Iesu Christi.*

32. Bzov. *Potuit Raimundus, primùm à Dæmone ludificatus, hac Doctrina errare; & deinde, Sanctus evadere.*

Respōsio. Imponuntur Lullo, Liber de Invocatione Dæmonum, & errores Raimundi Neophyti, cum erroribus Primæ Partis, & aliis pluribus, & quòd Lullus, omnes, ludificatus, acceperit à Dæmone, etc. Quæ, gratis satis ex Bzovii cerebro orta agnoscuntur.

33. Bzovi. *Addunt Lullistæ, Doctrinam Raimundi non fuisse humano studio cōparatam; sed, à Deo revelatam. Atque hoc omnes constantissimè asseverant. Deus autem non est author, nec revelator errorum.*

Respōsio. Imponuntur Lullo errores Primæ Partis; & quamplures alii: & quòd Lullistæ asserant, Lullo à Deo fuisse revelatos. Sed, nil horum asserunt Lullistæ: ut ex Prima Parte manifestum evasit.

34. Bzovius. *Post obitum Eimerici, discipuli Lulli Avinione quærendam curarunt Extravagantem Gregorii XI. per quam dixerat Eimericus, omnia opera Raimundi damnari. Inde etiam, post mortem eiusdem, congregarunt aliquos Theologos, Raimundi etiam fautores; & Fratres Frãciscanos; qui postquam discusserunt causam; declararunt, Eimericum non intellexisse Lulli propositiones, quas Raimũdo tribuit: & plerasq; alias, in eius Libris non reperiri.*

Respōsio. Vtrumq; factum fuit vivente Eimerico, & sciente; ut Instrumentis Publicis constat. Quodsi inter dictos Theologos erant aliqui Fratres Franciscani: alii pariter erant Dominicani: & Iudex Inquisitor, erat etiam Frater Dominicanus, & Eimerici Prælatus; ut asseritur in ipso Instrumento.

35. Bzov. *Leguntur opera Lulli à tribus hominum generationibus, videlicet à Lullistis, ab Alchimistis, & à Plebeis.*

Respōsio. Imponuntur Lullo Libri de Alchimia, à quo non sunt editi; ut patet Parte Tertia, num. 3. & sic, Alchimistæ non legunt Lulli Libros. Immò, si illos legerent; Alchimiam cum Lullo execrarentur.

36. Bzov. *Alfonsus à Castro, qui hæreticorum omnium nomina, ac cognomina recenset; Lullum negligit; vel, ut hominem imperitum; vel, non revocavit illum in memoriam. Favordentius, Minorita, qui multa ab Alfonso relicta supplevit; etiã de hoc Raimmundo non meminit; quoniam fortassis, eum hominem non dignatur in suis scriptis recencere.*

Respōsio. Vult Bzovius Raimundum Lullum, esse Raimundum Neophytum, & sic hæreticũ, propter suprà expressos errores Neophyti: ac prpter errores Primæ Partis. Et nihilominus, indignum esse, ut inter hæreticos recenseatur: cùm primus inter hæreticos nominandus esset, si prædictos protulisset errores.

37. Bzov. *Extravagans Gregorii XI. anni, 6. non reperitur; quia illius Registra dicti anni non reperiuntur. Nam, in anno, 6. desunt illa duo Volumina quæ continent literas Apostolicas concernentes causas communes. Et solùm reperitur volumen de Indultis, & privilegiis, & dispensationibus, quæ personas privatas concernunt. In voluminibus anni, 6. deperditis, fortassis inserta erat Extravagans dicta, condemnatoria Operum Lulli. Nunc, propterea non reperitur in dicto Registro: quia Registrum eius anni non habetur.*

Volumina

Volumina duo prædicti anni, quæ deerant Romæ, jussu Gregorii XIII. Avinione Romã adducta fuerunt; & recognita á Doctore Francisco Peña: in cuius relatione, quam, manuscriptã produxit; cernitur, prædicta volumina esse anni sexti, quo Extravagans dicitur data. Et licet in dicta relatione dicatur, quod prædicta duo volumina, ex vetustate si t manca folijs, in quibus potuit dicta Extravagans extitisse; parum hoc refert: quia, dum recentia erant volumina; vivente Eimerico, Registratores, qui illa recognoverunt; testati sunt publico Instrumento, Extravagantem in illis numquam extitisse. Quæ præterea si extitisset; nescio quomodo á subreptione excusari posset, juxta ea quæ prædiximus in Prima, & Secunda Partibus. Respõsio.

Indicia viva, & certissima, quòd in Lulli Libris reperiantur quamplures errores hæreticales; desumuntur ex duobus illis authenticis Rescriptis Gregorii XI. anni. 2. & anni, 4. & ex Indice Pauli 4. ubi opera Lulli prohibentur. 38. Bzov.

Iam ad hoc suprà responsum est toties, ut eadem repetere, Lectori nimis futurum sit onerosum. Respõsio.

Gregorius XI. suo tempore ordinavit quòd Libri omnes istius Raimundi supprimerentur; ne permittantur legi. Doctrina, & lectio Librorum Lulli, potest officere plurimum: & fortassis jam nocuit. Nec supprimere Libros Lulli, esset aliquid de novo statuere; sed, exequi quod jam olim per Gregoriũ. XI. salubriter fuerat institutum. Quod, cùm propter temporum longa intervalla, jam ferè oblivioni esset traditum; nunc, Deo favente, detectum est. 39. Bzov.

Ordinatio talis, numquam á Gregorio. XI. emanavit: ut ex Prima, & Secunda Partibus constat. An vero fieri expediat, Sacræ Congregationi reservatur. Si autem Libri Lulli emendarentur; & debitè explicarentur; possent valdè prodesse, absque ullo nocumento. Respõsio.

Volumina Lulli, quæ non sunt sermone nativo scripta; præsumi possunt à discipulis corrupta, ut auferrent errores quos Eimericus, & alii in illis notarunt. 40. Bzov.

Præsumtio ista, falso nititur fundamento. Putat enim Bzovius, Lullum non scripsisse Latinè. Sed fallitur; ut patet Parte Tertia, num. 7. Et quamvis aliqui ex Lulli Libris posteá conversi fuerint in Latinum; magis trãslatio nocuit Lullo; quàm profuit: ut patet ex vulgaribus exemplaribus. Et parùm refert, quod exemplar aliquod in vulgari non reperiatur. Nam in ceteris, mille loca expressè opposita erroribus Lullo adscriptis reperiuntur; & eisdem erroribus repugnant Regulæ, & Principia omnia Artis Lulli, quibus Lullus in edendis operibus semper fuit usus. Vt verius dici posit: Opera Lulli, in deterius ab alio fuisse corrupta, quàm ita cum erroribus, contra Regulas, & Principia Artis á Lullo edita. Respõsio.

Vnum ex Lulli operibus est, De Secretis naturæ, seu, Quintæ essentiæ. Vidimus tria Exemplaria illius in Vaticano: unum, manuscriptum antiquissimum, num. 4093. Secundum, excusum, nu. 1594. Tertium etiam excusum, nu. 4025. Quòd Prologus unius exemplaris, ex duobus impressis, nec in altero excuso, nec in manuscripto reperiatur; signũ est quòd Lullistæ vitiaverunt exemplaria. Inde quòd pluribus Libris aliis, Libri eiusdem Lulli non sint conformes; sequitur quòd 41. Bzov.

 Lullistæ

Lullistæ Lulli Opera, etiam vivente Gregorio XI. vitiaverunt. Ex ipsa Observatione facile potest responderi; nullius esse valoris acta publica, & defensiones pro Lullo: &, quòd Lullistæ ex ipsa depravatione, necessitatem sibi imposuerunt, vel Originalia, vel antiquiora exemplaria producendi.

Respōsio. Non solum falsa sunt, quæ ex dicta Observatione infert Bzovius: sed etiā Observatio ipsa est falsissima. Nam, exemplar manuscriptum, editum est á quodam Authore, qui fuit Religiosus professus: ut ex Prologo, & fine exemplaris colligitur. At Lullus, laicus fuit semper; nulliusq; Ordinis professus. Ex duobus vero excusis exemplaribus, neutrum est à Lullo. Quia utrumq; est de Alchimia; quam Lullus sæpe in suis Libris reprobat; & Alchimistas. De quo satis diximus Parte Tertia, nu. 3. Et licet unum ex duobus exemplaribus habeat Prologum (paucis corruptis) desumtum ex Libro Lulli, qui nominatur, *Arbor Scientiæ*: tamen, hoc ab aliquo impostore factum fuit. Nam Prologus etiam impertinens est ad dictum exemplar. Et, ad quid Lullus duobus Libris eumdem præfixisset Prologum? Est enim dictum exemplar ab authore qui vivebat anno 1333. ut colligitur ex Lib. de Mercurio: ut dixi Parte Tertia, nu. 3. Et fortasse ab eodem est exemplar excusum alterum. Nam, opera sunt divisa, & non unius exemplaris. Et sic, nil mirum, quod non eumdem habeant Prologum. Numquid, ex eo quod sint de Alchimia; vel de Secretis naturæ; eumdem debent habere Prologū? Aliud heus (veteri proverbio) noctua sonat: aliud, cornix.

24 Bzov. *Ex eadem Observatione trium prædictorum exemplarium infertur, Vitam Raimundi Lulli Hispano idiomate typis vulgatam, alicuius ociosi hominis commentum esse. Quomodò verum esse potest, quod Lulli Doctrina, illo vivente, potuerit approbari à Philippo, Francorum Rege? Quomodò, ab Schola Parisiensi, per 40. Censores? Quomodò, à Iacobo Maioricarum Rege? Quomodò, à Iohanne Scoto, anno. 1309? Quomodò, ab alio Doctore? Quæ omnia, narrantur de Lullo in dicta Vita. Cùm ipsemet Lullus, de se asserat, quòd deridebatur; & pro stulto, & fatuo reputabatur. Cum Iohannes Scotus obierit anno 1308. & Iacobus Rex Aragonum, anno. 1276.*

Respōsio. Diximus jam, Observationem prædictā, esse falsam. Addimus, quæ nunc Bzovius ex ea infert; falsa quoque esse. Quia constat Instrumētis publicis, & authenticis, quod Ars Lulli fuit approbata ab Vniversitate Parisiensi, per Censores 40. Anno. 1309. & eodem anno, à Iohanne Scoto Artiū Magistro; & anno 1310. á Philippo Francorū Rege. Et anno 1311. à Cancellario Parisiensi fuerunt approbati aliqui Libri Lulli; & à Iacobo Rege Aragonum: & ab alio Rege Maioricarum, eiusdem fere temporis: ut constat ex antiquissimis Manuscriptis. Vivebant enim hi duo Reges, anno 1309. ut ipsemet Bzovius refert, Tom. 14. sub anno 1309. nu. 4. & anno 1307. nu. 7. Negat hic Bzovius, quod, sui immemor, affirmat citatis locis. Quid amplius? Tom. 13. sub anno. 1294. Iohannem Scotum, Doctorem Subtilē sepelivit vivum; & Tom. 14. narrat idē Bzovius obiisse anno 1308. & errorem hunc suum, annorum duodecim, parvi scilicet ducens, errore unius

unius anni, immó nullius, taxat Lullianum historicū; qui, non loquitur de Iohanne Scoto Subtili; sed de altero Iohanne Scoto, Artiū Magistro, qui anno, 1309. vivebat; ut prostat in publico Instrumento. Forté etiam Subtilis Doctor non obiit anno 1308. sed, anno, 1309. Vlteriús, Acta ab Eimerico, narrat suisse facta anno, 1260. contra Lullum. Sic, To. 13. anno, 1260. num. 5. At, Tom. 14. sub anno 1312. num. 9. ait, Eimericum authorem Directorii Inquisitorum, authoritate Clementis 5. inquisivisse contra Templarios, anno 1309. Et eodem Tom. 14. sub anno 1372. Dicit, eumdem Eimericum damnasse Lulli Libellum de Invocatione Dæmonum, & alia opera hæreticalia eiusdem; & simul, errores, 24. Quæ omnia, non a Raimundo Lullo, sed a Raimundo Neophyto, Dominicano Fratre emanarunt. Prætereà, ibidem ait, quòd Eimericus contra Lullum obtinuit Extravagantem condemnatoriam, anno, 1376. Quæ quidem numquam authentica reperta fuit. Tandem, eodem Tom. 14. sub anno, 1377. ait, Eimericum satagisse contra Lullum usque ad annum ferè 1400. Enumerat ergo Eimerico Inquisitoratus annos ad minus centum triginta, juxta Annales Bzovii. Sed certo scimus ex eodē Directorio, & ex his quæ Doctor Peña de Eimerico narrat; Eimericum ipsum circa annum 1370. Officium Inquisitoris obtinuisse. En, quod Divus Hieronymus, & Apuleius aiunt: Non de nihilo dici, Mendacem, memorem esse oportere. Et audet adhuc dicere deridendus homo, quòd Lullus deridebatur: &, pronunciare, commentum esse ociosi hominis, id, quod publicis probatum est Instrumentis: immò, & Bzovianis ipsismet scriptis, nimis derisis, & deridendis.

Iudicium prius, contra Eimericum factum; fuit suspectū, ex eo quòd Petro Rege, Nicolai hoste, postulante, & urgentibus amicis Lulli, institutum est in Monasterio, non Prædicatorum, sed Fratrum Minorum: in loco, non Iudicis, sed Confessoris Reginæ; tribus tātùm Dominicanis; sex verò Franciscanis, Lullistis causam adversus Eimericum cognoscentibus pro Lullo; non ad authographum de Philosophia Amoris Librum, quem Eimericus Gregorio XI. obtulerat; sed à Raimundi necessariis oblatum, & quidem corruptum, seu vitiatum. Tres errores, ab Eimerico notatos, & Lullo impositos, componentibus Reginæ Confessore cum suis Minoritanis, prævalente. 43. Bzov.

Ex frivolis conflat Bzovius suspicionē: & crimen grave, gravibus infert personis. Nec, an postulaverit Rex, sciri potest: nec, an extiterit hostis Eimerici. Non enim ipse ejecit Eimericum é Regno: sed, Iohannes Rex. At, gratis dato utroque; Inquisitor, erat Frater Dominicanus; & ex Censoribus, quidam erant etiam Dominicani Fratres. Qui, omnem tollunt Bzovii suspicionem. Nec sciri potest, an Fratres Franciscani essent Lullistæ. Quid autem ad malè suspicandum, quòd in monasterio Sancti Francisci, & præsente Cofessore Reginæ, Iudicium factum fuerit? Dicit, *Prævalentibus Frāciscanis.* Sed, Instrumentum ait: *Asserentibus, & consentientibus Dominicanis.* Addit, quod, *non ad authographum Lulli, sed ad aliud vitiatum.* Si vitiatum *Respōsio.*

dicit, ob suam de tribus supradictis exemplaribus Observationem; falsum ex falso infert: ut suprà est probatum. Nec enim hoc vitium latuisset Dominicanos Censores, ac Consultores, nec Iudicem; quin pro Eimerico repugnassent. Superaddit; quòd, *urgentibus Lulli amicis.* Qui enim urgere debent pro amico, in judicio? nònne eius amici?

44. Bzovius. *Secundum Iudicium, fuit vel ex eo iniquum, quòd ex unico Libro Philosophię Amoris, eòq; à consanguineis vitiato, & ex tribus tantùm Articulis Lulli, iniqua Sententia Iudex protulit illud.*

Respōsio. Si Grammaticalis unica falsitas, sat est ad judicandum Literas Apostolicas per illam vitiatas, falsas esse, & nullas: quid, de Bulla, divulgata contra Lullum, dicendum, juxta Primam, & Secundam Partem? Inde enim liquet, à Iudice fuisse jure optimo pronunciatum.

45 Bzov. *Promtum fuit, tres alias Bullas Gregorianas, quæ in Registris adbuc extant adversus Raimundi Lulli Libros, ut conquirerentur, & exurerentur; ex ipsis illis Registris adducere; demonstrationemq; facere, Gregorium Pontificē potuisse etiam illam anni sexti condere, quam Lullistæ fatentur in Archivis Barchinonensis, Tarraconen. & Valentin. anno 1376. fuisse scriptam: ut inde etiam demonstratio sit, non esse confictam.*

Respōsio. Quatuor vult Bzovius contra Lulli Libros emanasse Bullas Apostolicas, ut comburerentur. Sed, nulla sic emanavit. Nam, quarta, numquam fuit reperta: totq; defectus involvit; ut planè Apostolica non videatur. Tertia, non est contra Lullum; sed contra Neophytum. Denique duæ priores, nō sunt, ut Lulli Libri comburantur; sed, ut examinentur. Et, Quid prodest quòd quarta sit in Archivis Episcopalibus scripta: si in Papalibus numquā extitit registrata; & ex defectibus suis non Apostolica deprehenditur?

46 Bzov. *Petrus, Rex Aragonum, contra jus, & fas, Dignitate, & Officio exuit Eimericum Inquisitorem: nec non, è Regno Aragonum expulit.*

Respōsio. Non Petrus Rex, sed Iohannes Rex Aragonum, proscripsit Eimericum, ut constat ex Literis Regiis. An, contra fas; sub Iudice manet.

47 Bzov. *Vitiati sunt libri Lulli ab eius sectatoribus: ac propterea inde in eis Articuli, vel non, vel alitèr concepti, reperiuntur.*

Respōsio. Vitiatos esse Lulli Libros, non ex alio capite infert Bzovius, quàm ex illa diligenti de tribus Alchimiæ exemplaribus Observationē, de qua satis suprá. Nos probamus non esse vitiatos, ex Regulis, & Principiis Artis Lulli, quæ erroribus Primæ, & Secundæ Partis repugnant; tum, ex innumeris Lulli locis expressè oppositis eisdem erroribus: tum deniq; ex variis exemplaribus, quæ, errores Primæ Partis non continent.

48 Bzov. *Quia Consules Iurati Regni Balearium, in ea, quam Petro Cardinali Arigonio, anno. 1614. scribunt; fatentur, Opera Lulli, quæ Eimericus in suo Directorio nominat; non reperiri; gratis videntur concedere victoriam Eimerici defensoribus, satis superq; ex authographis Lulli probasse Eimericum, errores, quos recensuerat, in Libris Lulli reperiri.*

Respōsio. Oppositum dicitur in citata Epistola: quam, excusam unà cum exemplaribus

exemplaribus Lulli, & Memoriali, quo dicti Consules Iurati demonstrant per dicta exemplaria, quamplures ab Eimerico errores falsè Lullo fuisse impositos; egomet detuli ad Sacram Congregationem Romanam.

Neq; vero simile est, ut Eimericus, Romanæ Ecclesiæ voluerit imponere; cùm Raimundum Lullum hæreseos, ac magiæ, apud Sedem Apostolicam postularet. 49 Bzov.

Si Eimericus apud Sedem Apostolicam Raimundum Lullum Magię, & hæresum, quæ non ab ipso, sed à Raimũdo Neophyto emanarunt; postulasset; plusquam verisimile esset, quod negas, ó Bzovi. Nam Raimundus Neophytus, fuit Frater Dominicanus, longè à Lullo diversus. At, si non sic Lullum postulavit; ex erroribus Lullo impositis judicandũ, est quod negas. Respõsio.

NONA PARS,

De his quæ contra Lullum scribit *Bzovius* Tom. 14. sub anno 1377. num. 28.

SVperiori anno Pontifex ediderat, ut Raimundi Lulli Volumina conquirerentur, & ignibus exurerentur: quòd damnatæ memoriæ errores, & hæreses continerent. Istud cùm pernecessarii Lulli intellexissent; Petro Regi Aragonum supplices fuerunt ne hac nota Lullum infamari toleraret; sed Libros iterum censeri, & in Scholis probari juberet. Petrus Rex, anteà Crudelis vocatus, facilè postulationibus Lullistarũ consensit, istòq; argumento Pontifici scripsit. Cæterùm Gregorius tantùm abest, ut Decretum de Libris revocaverit; ut illud etiam authoritate Apostolica confirmarit. Itaq; Lullistæ in Gregorium odio concepto flagrantes, illum, ac Petrum Hostiensem, & viginti Theologos, illorũ Librorum Censores, ignorantiæ accusabant: quasi sublimem Doctrinam Lulli non intellexissent: & ideò innocentem præjudicato animo prædamnassent: atq; ipsi à vero abessent, & aberrassent. Lullistæ, apud Clementem Antipapam, Eimericũ æquitatis postularunt; quasi is, non ex æquo Lulli memoriã condemnasset: &, vel vitiata ab illo volumina Lulli protulisset: vel, non tot errores, quot in eis numerasset, reperisset. Tres tantùm, ex ducentis tunc defuisse illis potuerunt; idq; ex circũciso, seu transcripto corruptòq; Libro, intitulato Philosophia Amoris, demõstrasse. Cum tamen Eimericus ex ipsissimo authographo Raimundiani Libri, & hos tres singulariter, & alios, 97. ex aliis eiusdem voluminibus coram Clemente ostenderit. etc. Quod est actum Avinione, die 20. Maii, Anno Domini 1390. Cum jam Petrus Rex Aragonum, qui Eimericum Inquisitorem, in gratiam Lullistarum, Regno excedere compulerat; ante duos ferè annos diem suum obiisset. Bzovius.

Bzovius hîc multa gratis dicit; nil probat; sibiq; contradicit. Cedo tandem, ubi est Decretum? ubi confirmatio Decreti? Unde constant Acta apud Clementem; & dicta à Lullistis contra Gregorium XI. Cardinalem, & Respõsio.

Magistros? Nequicquam Adducit testimonium Eimerici: quod in hac re non admittitur. Citat Epistolam Petri Regis: sed Epistola non pervenit ad viventem Gregorium. Si Eimericus ejectus fuit è Regno, anno 1393. ut constat ex Regiis Literis; quomodò, ejectus è Regno, egit contra Lullum coram Clemente Antipapa, anno 1390.? Coram *Benedicto* Antipapa actum fuit hac de re: & eius authoritate, perquisita est Bulla inter Registra Gregorii, vivente, & præsente Avinione Eimerico: & reperta non fuit. Cótra quem Eimericum, non verò contra Gregorium, Cardinalem, & Magistros, verbis, & factis Lullistæ procedebant. Nec Petrus Rex Aragonũ, sed Johannes, Eimericum proscripsit. Non, in gratiam Lullistarum: sed propter alia, de quibus extat contra Eimericum accusatio authentica. Tandem Bzovius in supradictis imponit Lullo errores Primæ Partis, & mentales Secundæ. Hæc sat de Bzovianis Annalibus. Qui quidẽ, ut sic, indigni sunt, quos, Ecclesiasticos dici, Sancta Mater Ecclesia patiatur.

DECIMA PARS;

De his quæ contra Lullum scribit. P. F. Nicolaus Iansenius in quibusdam Scholiis pro *Bzovio*. cap. 12.

1. Iansen. *VERUM est quod adfers ex Bzovio; Raimundi Lulli crassos errores, anno. 1260. ab Alexandro Quarto damnatos fuisse. In quem insuper Tarroconensis Archiepiscopus, authoritate eiusdem Alexandri, Censuram Ecclesiasticam destrinxit.*

Respõsio. Narrantur impossibilia; scilicet, quòd Alexander Quartus quicquã damnaverit contra Lullum, anno. 1260. quo adhuc Lullus nil scripserat. Et quòd is Archiepiscopus, quem Bzovius nominat Petrũ, authoritate Alexãdri Quinti (quo, fuit posterior centum annis) contra Lullum quicquam egerit. Deinde, imponuntur Lullo errores. 27. Iohannis de Parma, qui, dicto anno ab Alexandro Quarto fuerunt damnati: ut patet ex Directorio, Parte 2. Quæst. 9. Prætereà Lullo imponuntur errores. 24. Raimundi Neophyti; & Censura quam contra eũdem distrinxit, Archiepiscopus Tarraconen. authoritate Gregorii. XI. anno, 1372. Tandem, potest dici quòd eidem Lullo imponuntur errores Primæ Partis, & mentales Secundæ, & aliis plures, absq; fundamento.

2. Iansen. *Raimundus vixit ultra annum ætatis centesimum; & scripsit quædam absurda, anno, 1260. Quædam item, aliis annis, usque ad annum, si lubet, 1211. Quòd ediderit non multa, anno, 1260. patet ex Prateolo, quem Bzovius citat.*

Iterum

Iterum Lullo imponuntur omnes supradicti errores: & simul, de ætate, seu vita Lulli: qui planè non attigit nonagesimum annum, ut patet ex Quinta ex Parte, num. 1. Magnum, & impudens mendacium perspicitel Respõsio.

Theodorus Zvuingerus, in Theatro suo Lullum facit nobilissimũ Alchimistã, additq; , cum, anno, 1333. multa scripsisse Opuscula; & , octoginta post annos, Epistolam accuratam ad Robertum, Angelorum Regem. 3. Iansen.

Ridicule imponuntur Lullo Libri de Alchimia, qui non sunt à Lullo ut patet suprà, Parte Tertia, num. 3. Et nimis Lulli vita protrahitur. Si enim Lullus, ut dicit Iansenius; multa scripsit anno, 1260. & posteà, anno 1333 & ulteriùs, octaginta post annos: oportebit, vitæ annos ducentos Lullo numerare: sicut totidem ferè suprà numerat Bzovius Eimerico. O digna authore suo computatio! Diximus suprà, Lullum obiisse Anno Domini 1315. & nonagesimum annum non attigisse. Respõsio.

Iuxta id, quod Lullus de se ipso scribit in Præfatione Libri de Secretis naturæ, Romam se contulit: & in Anglia Alchimistam agens, aurum purissimum confecit. 4. Iansen.

Frustrà imponuntur Lullo Opera de Alchimia, ab alio edita; ut constat ex Tertia Parte, num. 3. Respõsio.

Lullus in Gallia, à Philippo Rege nil obtinuit; ac denique à Pontifice fuit ejectus. 5. Iansen.

Vtrumq; est falsum: ut patet suprà, Parte 7. num. 8. & 17. Respõsio.

Si vera sunt quæ Carolus Bovillius ex auditu refert, Lullum vagum fuisse, & erroneum; nullibi locorum demum constitisse; sed easdem Vrbes, Genuam, & Parisios sola Arte Magna imbuere tentavisse: constat profectò, nullũ esse in eo virtutis specimen. 6. Iansen.

Negat Iansenius virtutis specimen in Lullo, contra ea quæ colliguntur ex eius libris, & factis. Negat id autem, ex figmentis Bzovii; non ex dictis Bovillii; qui, non ex auditu, sed ex Manuscriptis antiquissimis desumsit ea quæ de Lullo scribit. Respõsio.

De eodem Raimundo, ista non parva conjectura. Quid illi, cum Genuensium Matronis, à quibus viginti quinque millia nummorum emunxit? Quid Eremitæ, cum bello Sacro? Quid solitario, cum vagabundo excursu? Ad matronas? Ad corradendum aurum? Tantum aurum, invitis maritis? Quid? Si tantum aurum poterat conquirere; cur Pontifex, Bello Sacro intentus, eius opera non est usus? Cur hominem ejecit, contemsitque? 7. Iansen.

Non solum temerè hæc tam gravia nouus adversarius imponit Lullo; sed etiam, per eadem; tamquam per conjecturam, declamatorio fastu, confirmare conatur, errores Primæ Partis, & mentales Secundæ, & errores Iohannis de Parma, & alios Raimundi Neophyti, esse à Lullo. Respõsio.

Lullus, in omni sua peregrinatione crassissimos docuit errores. Verùm, esto traiecerit in Africam; prædicaverit Fidem. An fortè aliud docuit, quàm scripsit? Erat, propter ea quæ scripserat, Censura Ecclesiastica innodatus. Exsolutus fuisse non legitur; aut, errores suos revocasse. Equidem, 8. Iansen.

RR 2 si errores

si errores conscriptos Sarracenis evulgavit, & in eo munere mortem oppetierit; illi viderint, qui nomine Martyris illum dignantur; an honores, qui Martyribus pro veritate occumbentibus debentur; ille ex censu Catholico mereatur.

Respõsio. Imponuntur Lullo errores Iohannis de Parma, & Raimũdi Neophyti, & errores Primæ Partis, & mentales Secundæ; & alii plures, & quòd Lullus ipsos evulgaverit Sarracenis: & quòd in hoc munere obiit, censura Ecclesiastica innodatus, ac erroribus non revocatis: & sic, indignus honore Martyrii; dignus pœna Inferni. Fuerũtne umquam alicui plura, & graviora, quàm Lullo, temere & falso imposita?

9. Iansen. *Inter hæreticos ponit Lullum Bernardus Lutzenburg, Prateolus, Iodocus Coccius, Iacobus Gualterius: Anno, inquit, circiter 1260. in medium prodiit hic histrio Raimundus Lullus, multos spargens Libellos, ac dictitans, Iesum Christũ in forma Crucifixi sibi apparuisse; seq; ex eius ore Doctrinã suam accepisse. Eadẽ ponit Genebardus. Hòcne est, sanctimonia, & virtutibus præditum fuisse? Immò, inquies, in ipsa Fidei prædicatione lapidibus appetitus occubuit. Quin, babeatur pro Sancto, & habetur quidem à Balearibus ut Martyr; sed, privata authoritate. Qui fortasis, gravissimè errant. etc.*

Respõsio. Imponit Lullo Iansenius, cum præfatis Scriptoribus, errores Neophyti, & errores Primæ Partis, & mentales Secundæ, & quamplures alios. Et sic, tollere conatur à Lullo Sanctimoniam, Virtutes, ac Martyrium, quibus piè creditur præditus. Additq;, non Martyrem, sed Hæreticum venerari à Balearibus; & sic, fortasis ipsos gravissimè errare. Verùm, cum Iansenius refutatis jam fundamentis nitatur: videat fortasis an erret ipse gravissimè. Vel certè, sepulcrum huius Martyris, quotidianis propè miraculis clarum, exploraturus accedat.

10. Iansen. *Inter damnatos infernales, qui temerariè fuerunt venerati in terris; sit ne locus asserendus Raimundo, qui, & in vita, propter errores manifestos, censura nodatus fuit; neq; ex ea solutus; & forsan sua falsa dogmata Mauris obtrusit; judicent alii: & judicet Ecclesia. Et judicasset fortassè; nisi Lullistæ ipsi nuperrimè causam Raimundi in Romana Curia deseruissent.*

Respõsio. Repetuntur in Lullum errores Primæ Partis, & mentales Secundæ; & alii plures: tum, errores Raimundi Neophyti; & censura qua Neophytus fuit innodatus: & inde, quod Lullus ipsa innodatus obierit, evulgando Mauris supradictos errores. Et sic, quòd Lullo est locus inter damnatos infernales; & quòd hoc est judicandum: & judicasset Ecclesia, nisi Lullistæ causam Romæ deseruissent. Qui, ipsam non deseruerunt: sed proclamant, ac donec proclamabũt semper, Sententia de veritate proferatur.

11. Iansen. *Lullistæ, in hac causa fuerunt turpissimi: quorum putare, nullius est Sapientis.*

Respõsio. Calumnia hæc, turpitudine, & insipientia sua suum prodit, & accusat authorem: atq;, ut est in veteri Proverbio: Similes habent labra lactucas.

12. Iansen. *Asserunt Lullistæ; Doctrinam Lulli non fuisse humano studio comparatam: sed, à Deo sibi revelatam.*

Hoc

Hoc, sæpe jam suprà, falsum esse cognovimus. Respõsio.

Ipse Lullus, ea dogmata se divinitus accepisse confirmat in monte, objecta sibi Christi Dei specie, quasi Crucifixi. 13. Iansen.

Repetuntur in Lullum errores omnes, qui eidem toties suprà fuerunt impositi: & quòd asserat, se illòs a Deo accepisse, de quo, satis, suprà. Respõsio.

Quomodò Lullus, si extraordinarius fuit Doctor; errores, & falsa dogmata scriptis suis inseruit? Deus certè non est author, & propugnator errorum. Et forsitan, ut cautiùs deciperet Raimundus; Christi sibi apparentis speciem prætendit. 14 Iansen.

Iidem errores Lullo rescribuntur: & quòd asserat, datos sibi à Deo; ut cautius deciperet. Quod, calumniosum esse, jam constitit. Respõsio.

Nulla conditio utilis Doctrinæ, convenit Lulli Doctrinæ; quæ, nec consentanea est Conciliis; neque Sanctis Patribus; nec traditionibus Ecclesiæ: sed, propriis instinctibus referta. 15. Iansen.

Replicantur in Lulli Doctrinam omnes supradicti errores: & quod, ratione eorum, est dissentanea Conciliis etc. & sic non utilis; sed chimerica. Cùm ipsius propria, ac germana Doctrina, mirificè pietatē excitet; mores instruat; Ecclesiam venerari doceat; & Infideles, naturali ratione convincat. Respõsio.

Interdum Doctrina Lulli reperitur Alchimistica: quæ vehementer solet à Sacris Doctoribus confutari. 16. Iansen.

Imponuntur Lullo opera de Alchimia: quæ, non sunt à Lullo: ut patet ex dictis in Tertia Parte, numero. 3. Respõsio.

Illa quæ de Trinitate continet absurda Lulli Doctrina, refelluntur à gravissimis Theologis. 17. Iansen.

Si apud dictos Theologos, priusquam scriberent, constitisset Lulli mens de hóc quod ipsi contra eumdem referúnt; aliter de eius sententia perscripsissent. Quod facile ex dictis ad priores Articulos Secundæ Partis inferre queat quivis non iniquus rerum æstimator. Nempe, quibus nuper auditis, & visis, gravissimi quoq; Theologiæ Professores, aliter de Lullo sentire, & loqui cæperunt. Respõsio.

Lulli Libros repudiatos fuisse ab Schola Parisiensi, quòd erroribus sint obnoxii; affirmat Iohannes Gerson. Et Lullum fuisse illusum à Dæmone, affirmāt idem Gerson, Alfonsus Mendoza, Petrus Ciruelo, & Genebardus. Et, multa impia scripsisse, & diabolica audacia asseruisse, se, sua, Christo sibi apparente, habuisse, affirmat Iohannes Vuolsius hæreticus. 18 Iansen.

Repetuntur in Lullum errores Primæ Partis, & mentales Secundæ, & alii plures; tum, errores Neophyti: & propter ipsos, dicuntur repudiati Libri Lulli ab Schola Parisiēsi. Et additur: Lullum fuisse illusum à Dæmone, & asseruisse, audacia Diabolica, se sua à Christo viso obtinuisse. Quibus omnibus, iterum, iterùmq; respondere, jam necesse non est. Respõsio.

Fatetur ipse Lullus in Præfatione Libri de Secretis naturæ, se, non modica desolatione, &c. 19. Iansen.

Respōsio. Attribuitur Lullo citatus liber: qui, ab alio Doctore est: ut visum est suprá, non semel.

20. Iansen. *Negas, errores Lullo objectos scriptis eius contineri? Recitat quingentos Genebrardus, Pontanus, Gualterius, Prateolus, Nicolaus Eimericus: indignos, qui hic numerentur.*

Respōsio. Quidni? cùm ab iis Scriptoribus imponantur Lullo errores, quos partim jam in Prima Parte cumulatissimè refutavimus; partim in Secunda, contra mentales: partim denique in præcedentibus reliquis Partibus.

21. Iansen. *Negas errores? Viginti Volumina Lulli, postquam per viginti Sanctæ Theologiæ Doctores diligentissimè examinata essent; condemnavit Gregorius; & exuri iussit: ut constat Extravaganti ab eodem data Avinione.*

Respōsio. Iam suprà de his non semel data est eiusmodi Responsio, quæ vel ipsi Iansenio, integro animo, ac libero judicanti, satisfaciat.

22 Iansen. *Quid Eimerico, cum Lulli Doctrina; nisi reperisset, pro injuncto sibi munere, illam periculosam esse, temerariam, & erroribus fœtam.*

Respōsio. Nescio quid Eimerico, cum Lulliana Doctrina. Scio tamen, quòd non est fœta erroribus; ut evulgaverat Eimericus; quemadmodum suprà, in Prima, & Secunda Parte vidimus.

Plura Iansenius, & Bzovius imposuêre Lullo: quorum falsitas satis ex supradictis deprehenditur, ac deprehendetur.

VNDECIMA PARS,

Qua citantur loca aliorum Scriptorum, qui cōtra Lullum quomodocumq; scripserunt.

BERNARDVS Lutzenburgus Domicanus, in Catalogo hæreticorum, verbo, *Raimundus.*

Genebrardus, lib. 1. de Trinitate, pag. 20. & in Choronogia, lib. 4.

Prateolus, lib. 16. de vitis, & sectis hæreticorum, Cap. 2.

Iacobus Gualterius, in Tabula Chronologiæ.

Sanderus, Hæresi, 157. & 153.

Mariana, lib. 15. de rebus Hispanicis. Cap. 4.

Iodocus Coccius, Tom. 1. Thesauri Cathol. lib. 1. Art. 2.

Petrus Ciruelo, Dominicanus, Lib. de 9. Quæst. Paradox. Quæst. 6. Metapysicali.

Petrus Gallisardus, Dominicanus, in sua Chronologia.

Omnia correctioni Sanctæ Matris Ecclesiæ subjicio.